hoc potest oratio facere: sed cõtrarie: ꝛ sic aliquis in uitus erit hereticus: quia corrupta sua fide ille assensus erroneus corrũpet habitũ fidei acquisite: ꝛ generabit heresim. Forte dicis. hoc esse verꝫ si nõ ponatur actus voluntatis ad resistendum. Actus em̃ volũtatis cum motuo ꝓ fide producunt nouum assensum fidei: ꝛ ad intensionem actus volũtatis resistentia fidei ꝑtra errorem erit maior: etiam fides infusa inclinat ad conseruationem fidei acquisite: modo quodlibet agens tantum inclinat ad corruptionẽ contrarij: vel ad resistendũ ne producaꝫ: quantũ ad productionem sui effectus: vel ad eius cõseruationẽ. Contra. hoc nõ soluit. nã fides infusa finite resistit corruptioni fidei acquisite: alioqui nemo esset hereticus ob sophisinata superuenientia: ꝛ dabilis est intensissimus actus voluntatis quẽ volũtas potest habere: quo facto erit actus fidei maximus quẽ anima põt habere: qui cũ solus finite resistat potest obrui a multitudine rõnum topicaꝝ. Sed hic potest homo dicere ꝙ nõ sequit. quia deus iuuaret hoiem qui faceret qđ in se est ne vincatur. scõm illud Apostoli ꝑme ad corinth. x. Benedictus est deus: qui nõ permittit vos tẽtari vltra id quod potestis: sed faciet cũ tentatione prouẽtum. ꝛ hoc est verꝫ. Sed ꝑtra hoc arguit: si sophisma potest causare assensum erroneũ corruptiuũ scientie iam sophisma potest esse ita grande: ꝛ rete argumenti ita callide duci potest vt euidẽtia primi ꝑncipij ab illo assensu erroneo corrũpatur: ꝛ cũ prava affectiõe tunc homo assentiet opposito: cuius oppositum superius diximus. Nos solem̃ aduenientibus magnis sophismatibus quoꝝ solutiones nõ habemus pre manib̃/dimittere assensus euidẽtes/ assentiẽdo hoiem esse asinũ: scõm illud: quicquid dicat geta: birrea: sem per homo. Dices. error potest corrũpere scientiã: nõ tamẽ oportet ꝙ corrumpat notitiam premissaꝝ demonstrationis vel propositionis per se note: cum assensus premissaꝝ ꝛ propositiõis per se note sunt clariores. Hoc nõ euitat ꝓpositũ: quia si admittas ꝙ error potest corrũpere vna notitiã euidentẽ puta scientiam: paulatim a corruptione scientie ad corruptionem assensus premissarũ ꝛ propositionis per se note conscendes. Forte dices. propter has ratiões ꝙ nulla ratio sophistica potest corrumpere notitiam euidẽtem. ꝛ si Euclides ꝛ oĩes geometre mihi dicerẽt ꝙ assensus istius super lineam datam ꝛc. est falsus: nõ corrumperet assensus scientificus. Contra. sequeretur ꝙ si esset opinio infinita gradualiter in aĩa ioztis illa posset corrumpi a qualibet scientia q̃tũcunq; pusilla: hoc consequẽs est falsum: quia omne ens naturaliter appetit permanere in esse appetitu naturali: ergo resistit suo corruptiuo quantũ potest. sed vnus gradus opinionis aliqualiter resistit: duo gradus in duplo plus resistũt: vel saltẽ magis q̃ vnus gradus. ꝛ infiniti sunt gradus quorum quilibet resistit: et cuiuslibet gradus resistentia est equalis resistẽtie cuiusq; alterius gradus: ergo collectio infinitorum graduum infinite resistit. Eodẽ modo de actiuitate: vnꝰ nãq; gradus opinionis est alicuius actiuitatis in/corruptione contrarij: quia vna opinio corrumpit oppositam opinionem: duo gradus plus agunt q̃ vnus: ergo vbi sunt infiniti gradus opinionis corrumpunt scientiam de opposito. Et si admittas ꝙ infinita opinio quãcunq; scientiam quãtũlibet intensam finitaꝫ corrumpat: dicere debes ꝙ multum intensa opinio ꝛ finita aliquam scientiam corrumpat. Ecce in quancũq; partem solutionem flectamus/obstrepentes rationes aduersas. Si sciẽtiam admiserim̃ posse extingui: tã eradicamus ea que dicta sunt de cõmuni calculatione inter formidinẽ ꝛ opinionẽ per crebras rationes topicas. Rursus si hoc incõcusse sustinere conemur: rõnes in oppositũ magne molis glomeratim accedũt. ¶ Propterea ꝑbabiliter dicam̃ negãdo ꝙ sciẽtia põt corrũpi a quocũq; erroꝛe opposito: potissimũ finito: licet em̃ possit dari habitus ita grãdis infinitꝰ/siue finitꝰ opinatiuus: cuiꝰ nulla pars corrũpetur ab hac parua scientia actu: tñ nõ admittim̃ ꝙ quicũq; actus sciẽtificus põt extingui a quacũq; opinione: saltẽ finita. Hoc aũt ꝓuenit ab altitudine specifica/ꝛ ex natura rei/ꝛ parti nobis ꝓstat rõne. Hec videꝫ conueniẽtior modus q̃ ante recitatus: videlicet ꝙ opinio est cũ formidine de opposito. i. assensus opinatiuus põt delen per rõnes oppositas/ si multe difficiles adducãtur. Assensus aũt cuidẽs nõ põt deleri. Hõ tñ nego quin in aliquib̃ reb̃ vnũ induiduũ inferioris speciei aliud superioris e medio tollat: vt de frigore: calore ꝛ ceteris id genus contingit: modo impresentiaꝝ habemus sufficiẽtia motiua ne in istis qualitatib̃ spũalibus illud admittam̃: viso ꝙ interdum datur aliqđ agẽs maioris resistẽtie q̃ actiuitatis: ꝛ ꝓpterea humiditas ꝛ siccitas vocãtur qualitates passiue ꝛ nõ actiue ab Aristotele: lz aliqđ agãt. ¶ Sed dices. qualitercũq; dicam̃ vno argumento topico adducto ad roborãdũ opinionẽ/corrũpit formido in esse formidinis: secũdum argumẽtum corrũpet tantũdem inesse formidinis: ꝛ ipa non est ũmẽsa: ergo demũ tota euanescet ꝑ crebras rõnes topicas. ¶ Respõdetur. corrũpitur in esse formidinis ad hũc sensum ꝙ magis acceditur ad firmitatẽ: hoc est ad assensum qui difficilius tollitur. ꝛ potest dari assensus tam magnus: vt naturaliter ꝑ oppositas rõnes tolli nõ possit: quia nõ reperiuntur rationes in oppositũ magni ponderis: ꝛ illa nõ est naturaliter cum formidine de opposito. Et sic habetur ꝙ nõ est de ratione cuiuslibet opinionis esse cũ formidine de opposito: et dato opposito sufficit ꝙ aliqua pars eius sit cum formidine de opposito. Et dato ꝙ assensus fuerit infinitus semper manet opinio: ꝛ quelibet opinio dicit esse cum formidine de opposito/quo ad se totum vel quo ad suas partes. Leterũ dices. docti superuenientes (vt experimur) faciunt hominẽ titubare circa assensum euidentem. Respõdetur. distrahũt eius animũ a motiuo ꝓductiuo illius euidẽtie: ꝛ sic actus sciẽtificus desinit esse: cũ nõ ꝓseruetur amplꝰ a sua causa. Fortasse etiã habitus sciẽtificus paruus potest corrumpi ab actu opinatiuo magno. secus est de actu.

Dubitatur. an aliquis possit scire se errare: ꝛ an aliqs possit scire se hẽre fidẽ. In primis ponit acceptio erroꝛis: postea respõdebit ad dubitationẽ. ¶ Pro termini explicatiõe ponũtur ꝓpositiões. Prima. aliquis errat precise assentiendo vero. ¶ Secũda propositio. aliquis non errat per assensum propositionis falsẽ: immo potius ille assensus est sciẽtia extenso termino. ¶ Tertia propositio. assensus propositionis significantis aliter esse q̃ est: vel propositionis nõ significãtis sicut est: non est erroꝛ. Prima. ꝓpositio patet de assensu istius: ego erro. Secũda. ꝓpositio ptz de assensu istius. ꝓpositionis: ego dico falsum: casu quo solũ illã ꝛ eius partes dico. Tertia ꝓpositio patet de assensibus talium propositionũ: hec propositio significat aliter esse q̃ est/secundum hanc significationẽ: hec propositio non significat sicut est:

hec ꝓpositio est non significãs sicut est: que demõstrãt seipsas. Sz secludam̃ dicẽda extra reflexiua supponendo illa q̃ de hac materia posuim̃ in insolubilibus. Sic definiꝫ Erroꝛ est assensus falsi/vel dissensus veri. ¶ Isto ꝑmisso dicaꝫ. ꝙ nullꝰ põt scire errare: probaꝫ sic. da ꝙ sortes sciat se errare circa a. ꝓpositionẽ. q̃ euidẽter cognoscit se assentire falso vel dissentire ꝓo. quocũq; illoꝝ dato nec falso assentit/nec ꝓo dissentit. si sciat ipm̃ esse tale: nemo ꝑt assentire (potissimũ naturaliꝫ) falso scito eẽ tali. secludo etiã ꝓpones plures. pz: qz nemo potest assentire ꝓpositioni neutre: de cuius ꝛitate nihil cognoscit ex ꝑma huiꝰ. ergo nemo põt assentiri ꝓpositioni falsẽ cognite tali. ꝓia est euidẽs. silr nec põt dissentire ꝓo cognito tali. Eodem modo potest probari ꝙ nemo potest opinari se errare circa a. ꝓpositionẽ: quia bene sequitur: sortes opinatur se errare circa a. ꝓpositionẽ: ergo sortes assentit (lz cũ formidine) se assentire falso vel dissentire ꝓo. Si iudicat ꝙ assentit falso: tũc hz iudiciũ ꝙ a. est falsuz: ꝛ sic iudicat: nõ est in facultate sua illi assentire q̃diu putaꝫ talis. sic nemo põt credere se errare circa a. ꝓpositionẽ. Dictũ est circa a. vel b. ꝓpositionẽ: qz non videꝫ incõueniẽs ꝙ q̃s assentiat opinatiue ꝙ ipe i aliquo assensu actuali vl habituali erret. Aliqs em̃ opinaꝫ aliquem assensum quẽ hz erroneũ. Dixi naturaliꝫ: qz si ego assentirez huic Aristoteles ꝑcessit pythagorã: ꝛ hoc sorti significarẽ: sortes iudicaret me errare. Deꝰ em̃ põt capere illud iudiciũ qđ erat in sorte ꝛ ponere in me: ꝛ tũc assentiã illi Joãnes errat i sic assentiẽdo. sic de potẽtia dei possum dubitare me scire a. pz. nam ponaꝫ ꝙ scia triagulũ hre tres ꝑ angulũ extrinsecũ: ꝛ cũ hoc sciã me assentire. Istud iudiciũ reflexũ sup sciam meã deꝰ põt corrũpere manẽte scia ꝛ tũc dubitabo mihi illam. pz. qz dubitare extra reflexiua nihil aliud est q̃ apprehẽdere ita eẽ/nullo mõ iudicando de ita esse vel de non ita esse: hoc est nec assentiẽdo nec dissentiẽdo. dubitatio aũt itellectus nihil aliud ẽ ab intellectu: sz ille terminꝰ aliud ꝓnotat. vt pz ꝑ eius qd nois. ¶ Sz cõ istud argumẽtor. aliqs scit se errasse. vt ptz de multis lapsis i heresim: q̃bus erat fides illustrata. Idẽ pz de btõ Augusti q̃ sciuit seipm̃ añ conuersionẽ errasse Tũc sic. hec est ꝑa de ꝑterito: sortes cognoscit se errasse: g̃ habuit vnam de pñti veram: hanc scz: sortes scit se errare. Forte dices: hec ẽ de inesse: sortes cognoscit se errasse. Oppono: ẽ ꝑteritio respectu infinitiui errasse: ergo rõne illiꝰ est reducẽda ꝓpositio in pẽsentialitatẽ. ¶ Rñdeꝫ sufficiẽter inter arguẽdũ: nõ em̃ semp mutãdus est infinitiuꝰ ꝑteriti tpis in pẽsens vt argumẽtũ imaginaꝫ: qđ pz in hac q̃ est vera: ego scio me fuisse in vtero matris mee: q̃ nũq; habuit hãc verã: ego scio me esse in vtero matris mee. Petis quo mõ q̃s incipit se scire errasse. hoc mõ: sortes assentit huic a. hõ differt ab hoie: vel a. celum cõtingenter est celũ: propter aliquas exponẽtes: quas reputat ꝛmuni mõ exponẽdi cõformes: tandẽ successu tẽporis aliquibus rationib̃ vtgeꝫ rationabilius assentire ꝑtra dictoriis illarũ: ꝛ per cõsequens incipit amittere assensus ꝓpositionũ q̃b̃ añ assentiebat: quas veras putabat tpe quo assentiebat. nũc aũt cũ opposito assentit/iudicat illas rõnes friuolas: ꝛ se fuisse deceptũ: ꝛ sic incipit scire se errasse. ¶ Cũ hoc tñ stat/ꝙ errorẽ sortes scit se hre. pz: qz hanc qualitatẽ sortes scit se hre: hec q̃litas est erroꝛ. igr. Eodẽ mõ ꝑcedere potes ꝓcedẽdo hãc: fidẽ suam sortes euidẽt cognoscit: sz nõ cognoscit euidẽt suã fidẽ.

Certo circa ꝓlogũ q̃rit: an Theologia sit scientia practica an speculatiua. Explicabunt duo termini/praxis ꝛ speculatio: postea notitia practica ꝛ speculatiua ꝛ aliqua illã materiã tangentia aperiem̃: demũ in rñsionẽ ad titulũ q̃stionis descẽdem̃. Praxis grece dicit actus latine seu operatio: ꝛ practicũ idẽ ẽ qđ opatiuũ. theoria grece: dr̃ speculatio seu contẽplatio latine: inde theoricũ id est speculatiuũ: seu cõtẽplatiuũ. ¶ Praxis ẽm Eustratiũ. i. ethi. quadrifariã accipiꝫ. Primo ꝑ omni opatione cuiuscũq; ꝛtutis siue libere siue naturalis. ¶ Secũdo mõ dicitur operatio cognitiua: siue passio ꝙsequẽs cognoscentẽ inquãtũ cognoscẽs est: ꝛ hoc mõ omnis cognitio ꝛ q̃libet actus potentie cognitiue vel appetitiue: ꝛ passio consequẽs vt delectatio/tristitia possunt enargia vel praxis dici. Istis duob̃ modis nõ capiꝫ in ꝓposito. ¶ Tertio capiꝫ ꝑ opatione q̃ est in potestate operãtis. Ista acceptio est illa de qua coĩter auctores loquunꝫ ¶ Quarto mõ accipiꝫ ꝑ omni opatione ꝙformiter elicita dictamini recte rõnis. ¶ Ex his sequunꝫ aliq̃ ꝓpones. Prima est. ois actꝰ volũtatis est praxis. pz: qz est actꝰ existẽs in potestate operãtis: ergo est praxis: ꝑ eiꝰ diffinitionẽ: primo actus elicitꝰ: postea actus ipseratus ab eo. ¶ Secdo sequiꝫ ꝙ actus intellectus ꝛ sensus exterioris est praxis: pz de sensatione ꝛ intellectione iperata. ¶ Tertio sequiꝫ ꝙ motꝰ ꝓmo ꝓmus nõ est praxis respectu illiꝰ q̃ illũ motũ habet. ¶ Quarto sequiꝫ: ꝙ actꝰ idẽ numero respectu vnius agẽtis est praxis: ꝛ respectu alteriꝰ nõ ẽ praxis. pz de motu primo: ꝓmo q̃ respectu dei est praxis: nõ aũt respectu hoiis: sicut eadem res est creatura respectu vnius agẽtis: ꝛ non creatura respectu alterius. ¶ Quinto sequiꝫ: ꝙ sicut aliqua praxis est studiosa: ita aliqua ẽ vitiosa. ¶ Sexto sequiꝫ ẽm aliquos: ꝙ aliqs actus volũtatis nõ est praxis respectu illius volũtatis: vt dilectio dei beatifica in patria. Sz nos illud in quarto. d. xlix. retecim̃. ¶ Septimo sequiꝫ ꝙ illud. iij. de anima. Intellectus ertẽsiue fit practicus: nõ ifert ꝙ nullus actꝰ intellectꝰ sit practicꝰ: nã licet intellectus nõ ertẽdaꝫ imediate ad suam operationẽ: tamen ertẽdiꝫ mediãte iperio volũtatis: nã cũ dicitur intellectus speculãdũ esse: volũtas iperat itellectui vt speculeꝫ. ¶ Octauo sequiꝫ: ꝙ idẽ actꝰ numero prinon est praxis: postea cũ cõtinuaꝫ a volũtate fit praxis ¶ Speculatio aũt ẽ iudiciũ quo iudicaꝫ aliqđ esse vel nõ esse: seu eẽ tale vel nõ eẽ tale: ꝛ ita de extrisecis tẽporibus/nihil iudicã do de opabili: vt iudiciũ quo iudicaꝫ deus esse trinus ꝛ vn̄. ¶ Preterea notabis ꝙ notitia non dr̃ practica seu actiua vl factiua: qz aliqđ imediate agat vel faciat: sz qz ad agendũ vel faciendũ dirigit. Sicut sciẽtia medicinalis non imediate causat sanitatẽ in corpore: sed solũ docendo dirigit qualiter ꝛ per que sanitas fieri possit. ¶ Duobus aũt modis ꝓtingit notitiã esse praxis directiuã: nã qđã notitia est formaliꝫ ẽm se imediate praxis directiua. qđã tñ ꝛtualiꝫ: vel cõtinet ꝛtualiꝫ ꝛ de ꝓpinquo vel remote notitiã directiuam praxis. Notitia practica formaliꝫ est iudẽ

cium cõplexũ(denominatiõe extrinseca)enũciãs qualiter vel p que aliquid est agendũ. Exẽplũ:vt quartane febres curãde sunt p calida:cõtinue z quotidiane p frigida. Exẽplũ scõi:vt carnes volatiliũ sunt facilis digestiõis. ¶Ex his itez sequũtur aliq̃ propositiones. Prima:licet aliqua speculatio sit praxis:nulla notitia practica ẽ notitia speculatiua. Prioz ps huiꝰ ꝓpositionis patet ex predictis in definitione praxis. Scda pars patet:qa impossibile est idẽ obiectũ iportare praxim z non importare praxim:g̃ impossibile est idẽ iudiciũ eẽ practicũ z speculatiuũ:q; iudicia practicũ ẽ de dictamine practico:speculatiuũ ꝙ de nõ practico. nõ loquor de ꝓpositiõe plures:nec de iudicio duarũ ꝓpositionũ simpliciũ.põt em esse vnũ iudiciuz simplex totiꝰ copulatiue:z due notitie iudicatiue: vel tres ẽm exigẽtiã partiũ copulatiue.mõ capto iudicio simplici istiꝰ copulatiue:deꝰ est trinꝰ z vnꝰ z deꝰ est a me diligendꝰ:hoc iudiciũ est practicũ z speculatiuũ. Probaf:qa duo iudicia respectu duarũ ptiũ illius copulatiue sic se hñt:q vnũ est practicũ et aliud speculatiuũ:quia vnꝰ assensus habz dictamẽ practicũ p obiecto:z aliꝰ dictamẽ speculatiuũ:sz iudiciũ respectu totalis copulatiue habet hoc aggregatũ p obiecto:ergo qua rõne erit speculatiuũ/eadẽ rõne erit practicũ:z econuerso. ¶Secũda ꝓpositio vel ꝯclusio:ad notitiã eẽ practicã non sufficit eã esse virtualiter directiuã praxis. Probaf:q; dato oppositoꝰ:nullam scientiam inuenies speculatiuã contra Aristotelem vi. metaphysice:z oẽs loquẽtes.patet:qa per te notitia dei est directiua praxis scz dilectionis dei ꝓpter seipm:sic notitia sortis est directiua dilectiõis eiꝰ Itẽ hac via cuiuslibet creature notitia dirigit ad laudẽ dei:g̃ quilibet talis erit practica. Tertio:si notitia incõplexa sit notitia practica:a fortiore notitia speculatiua q̃ conducit ad praxim.ꝑns est falsum z cõtra Auicẽnã pmo Canonis Fen pma.ca de definitiõe medicine:vbi medicinã in theoricã z practicã partif:sic inquiẽs. Poteſt aũt aliq̃s dicere q medicina diuidif in theoricã z practicam: sz tu totã ipsam posuisti theoricam cũ diristi q est scia. Et paucis interpositis sic dicit. ¶Cũ ergo de medicina dixerimꝰ q eiꝰ est theorica:z ex ea ẽ practica:nõ est existimãdum q velimꝰ dicere q vna diuisio medicĩe est scire:z altera opari:quẽadmodũ multi hũc locũ pscrutãtes existimant. Sz debes scire(inqt)q illud qd volumꝰ est aliud:z q nulla duaꝝ diuisionũ medicine est nisi scia:sed vna earum est ad sciendũ ꝓncipia:z altera ad sciendum operãdi qualitatẽ:post vero primã eaꝝ noĩe sciẽtie aut theorice appropriauimꝰ:z alteram appropriauimꝰ noĩe practice. Per theoricã vero ipi volumꝰ q qñ eã sciuerimꝰ/sciẽtiã tñ acquiremꝰ:ita q in declaratiõe qualitatis opatiõis nos nõ imitemus:sicut dicif in medicina:q gña febriuz sunt tria:z cõplexiões sunt nouẽ. Paulo post definita practica sciẽtia exẽplificat dicẽs q apostematibꝰ calidis adhibẽda sunt a ꝓncipio q̃ repellãt/z refrigident/z inspissent: Ex qbꝰ inferf q notitia ꝑpe practica ẽ formalr praxis directiua:z est tñ notitia ꝯplexa enũciãs qualr aut p q̃ aut qñ:z sic de aliis circũstãtijs sit agẽdũ. Notitia ꝙ q̃ nõ est enũciatiua z formalr directiua praxis est theorica:et nõ practica:siue ꝓpinque siue remote notitiã virtualiter cõtineat que est practica. ¶Istis notatz respondef p cõclusiones. ¶Prima est negatiua q̃ sic ꝓbaf.theologia nõ est scia.ergo neq̃ est practica neq̃ speculatiua:sicut aqua nõ ẽ potꝰ:ergo nõ est potꝰ humidꝰ.ꝑmo prioꝝ:vel a supioze ad iferi negatiue. ¶Scda cõclusio:extendendo terminũ sciẽtia:vel petẽdo de quocũq̃ assensu:z capiẽdo theologiam p simplici actu vel habitu:aliq̃ theologia ẽ speculatiua:z aliqua ẽ practica.pz.qz alicui theologie actꝰ nõ est alicui praxis formaliter directiuꝰ:alicui ꝙ actꝰ est praxis formalif directiuus.igif aliqua ẽ speculatiua z aliqua practica:ꝑna tenet ex terminis. Exẽplũ ꝑmi.vt Thobias habuit canẽ:deus ẽ christus.fecũdi.vt theologia huiꝰ/deꝰ est venerãdus/diligẽdus:primꝰ est diligẽdus ꝓpter deũ. ¶Tertia ꝯclusio. Collectiue capiẽdo theologiã que icludit habitꝰ speculatiuos z practicos/ipa ẽ practica.pz:qa potissima ps theologie ẽ directiua praxis:sz iustũ ẽ totũ a potiozi pte denomiari:igf.ꝑna tenet cũ minoze. ꝓbaf maioz p illud Matthei.xxij.q i mãdato de dilectiõe dei z primi tota lex pẽdet z ꝓphete.z ad Romanos.xiij.dr plenitudo legis est dilectio.z.i. ad Timoth.i.finis p̃cepti ẽ charitas.z August.i. de doctrina xp̃iana ca.ij. Dim(inqt)q̃ dicta sunt ex quo de rebꝰ tractauimꝰ hec summa ẽ vt intelligaf legis z oĩm diuinaꝝ scripturarũ plenitudo z finis esse dilectio dei:de qua fruẽdũ est:z rei q̃ no biscũ est ea frui potest. Hoc ipm patet.x.de ciuitate dei.ca.v. Et beat Grego.sup Eze. homilia.x. ait. Ad hoc solũ deꝰ p totã sacrã scripturã nobis loquif vt nos ad suũ z primi amorẽ trahat. Igif q̃cunq; in ea cõtinenf vel formalr vel virtualr de primo nos dirigunt ad charitatẽ. Preterea tota moralis philosophia vocaf practica:qz ille ẽ finis potissimus eiꝰ:ẽm illud Aristotelis.ij. Ethico.ij. capitulo. ¶Cũ aũt p̃sens tractatio nõ ꝑtinentium sit vt cetere gña:nõ em vt sciamꝰ qd nã sit virtus: sz vt efficiamur boni consideramꝰ:z tñ multe sunt notitie speculatiue in morali philosophia:vtputa q virtus mediet iter duo extrema:q extrema magis pugnãt q̃ extremũ cũ medio. Itẽ ẽm Auicẽnã loco allegato/vna pars medicine ẽ speculatiua:sz quia hec ordinaf ꝓpter practicã tota medicina practica vocaf. ¶Contra hanc tertiã cõclusionem arguif:Omni sciẽtia practica alia speculatiua est nobilioz.ꝑmo metaphysice.sz theologia nulla speculatiua est nobilioz:cũ ipa ancillas solũ mittat ad arcẽ z ad menia ciuitatis. puer.ix. Insup oĩs habitus practici subiectũ est opabile.vi. metaphysice.subiectũ aũt theologie cũ sit deꝰ nõ est a nobis opabile:igif theologia nõ est habitus practicꝰ. ¶Ad pmũ negaf maioz:qz nec philosophus illũ dicit nec aliqd vñ illud trahi pt̃.nec cõparat speculatiuã ad practicã simplicit:sz ad eas tñ que ꝓpter necessitatẽ corporalẽ/z aliquã vtilitatẽ prouenientem/vel ad aliarum scientiarũ introductionẽ/aut vsuz aliquẽ exteriozẽ inuẽte sũt. non q̃libet aũt practica talis est:qz non sequif:est magis sapiẽtia/accipiendo nomẽ sapientie iuxta modũ loquendi philosophi:igf est nobilioz:nisi cetera fortẽt paria.nã cõstat q geometria est ꝓpter scire tñ:z tamen non est nobilioz morali philosophia q̃ est practica.z ꝓterea inuenta est vt boni efficiamur ẽm philosophum. ¶Ad aliud dicitur

q maioz est falsa nisi capiaf subiectiue ꝓ obiecto: nec hoc sufficit ad scientiam practicã:qa sic physica esset practica q̃ tractat de actibus animc intellectus z voluntatis.similiter geometria eẽt practica:nã metaphysica considerat de deo rõnem bonitatis:z per consequẽs diligibilitatis. Insuper oĩa que in sacra scriptura traduntur ad praxim ptinentia/ordinãtur ad cognitionem:vt vita actiua ad contemplatiuã. Ad primum nego ꝑnam.quãuis em metaphysica cõsideret deum esse summũ z perfectũ bonum:ex quo sequitur dato q sit maxime diligibile:nuq̃ tamẽ docet nec dirigit qualiter aut quo deꝰ est diligẽdus. ¶Ad aliud negatur assumptuz:quia dilectio diuina in patria est etiã actꝰ vite contẽplatiue. Sed an sit praxis/dubiũ est.nam scõm tenẽtes q causatur totaliter a deo:nul latenus est praxis. Sed pars illa mihi plus placet q partim causetur a voluntate. Sed iterũ hoc tenẽdo est difficultas:deus em necessitat voluntatẽ ad continuationẽ z ad elitionẽ illius actus . z potest teneri q est praxis:hoc aũt sufficit q a principio voluntario causetur:et sit in eius potestate causare:z esset etiaz in eius facultate cessare si deus vellet eam dimittere a necessitatiõe voluntatis. Vel sic dicis. volũtas pure libere continuat suũ actum:nec necessitatur nũc in continuãdo a deo:z tunc tu ponis q voluntas derelinquat suum actũ ex sua libertate cessando ab actu. Ponis casum preter legem. ꝓformãt em beati spiritus suas voluntates voluntati diuine. in hoc nanq̃ vident deũ velle illum actum esse perpetuo:z cum ille actus sit eis delectabilissimus/semp ꝓtinuãt: quẽadmodũ Joãnes baptista nõ necessitabaf a deo implere p̃cepta diuina:quo nõ obstãte ea nõ dereliquit incustodita. Ponẽdo aũt q actus volũtatis derelinquant:ponis casum ꝓter legẽ:z illo dato deꝰ ꝑueniret necessitãdo.exemplũ:senex permittit paruulũ voluntarie incedere vbilibet:qui libere per magnã partem itineris incedit:cũ aũt tendit in ruinã/ dirigif ab alio ne cadat. Sed tunc dicis.tota vita actiua erit vita ꝯtemplatiua melioz:cum inter individua vite actiue z contẽplatiue sit excedẽs z excessuz:z optimũ in diuiduuz vite actiue erit meliꝰ optimo individuo vite ꝯtẽplatiue:imo tota multitudo vite actiue erit melioz. Nõ aliter ternariꝰ formice muscẽ z hoĩs est pfectioz entitatiue ternario mule equi z elephãtis. Sed hoc est falsum: qa Magdalena elegit optimã partẽ que exercuit actꝰ vite cõtẽplatiue q̃ martha.luce.x. Respõdetur q̃ ogeries actuum volũtatis est melioz aggregato actuũ intellectus :vt argumentũ arguit: supposito vno q volũtas est nobilioz potentia iquãtum voluntas q̃ intellectꝰ iquãtũ intellectus.vterq; aũt actuũ scz intellectꝰ z voluntatis vite contẽplatiue ꝓpetit tunc Magdalene:z intellectꝰ actũ habuit z volũtatis diligẽdo:nõ q habuerit beatitudinem in via:vel actus eiusdẽ speciei cũ illis. De cõparatione aũt vite ꝯtẽplatiue ad actiuã alibi est sermo.

Quarta ista dubitaf:an habitꝰ speculatiui distinguaf a practicis p obiecta vel fines ꝓprios. ¶Scdo dubitaf.quo ꝓueniãt intellectꝰ speculatiuꝰ z practicꝰ. ¶Tertio dubitatur.an assensus practicus sequatur:z interdum ꝯcludatur ex duobꝰ assensibus:quoꝝ vnus est speculatiuus z alter practicus. ¶Respõdetur.duplex est distinctio:quedã est itrinseca z idẽtica: q̃ nihil aliud est q̃ vna res que distinguitur ab alia re.sic distinctio sortis a platõe est ipse sortes qui a platone distinguitur. Alia est arguitiua z accidẽtalis:z de illa loquimur. ¶Hoc supposito ponuntur due cõclusiones. Prioz est. scientia speculatiua a practica distinguitur arguitiue ab obiectis totalibus:hoc est a ꝓpositionibꝰ ipis:vel ꝓ ipa formaliter importat praxim:vt vitium est purgandũ: et tunc eius assensus est practicus.si vero nõ importat formaliter praxim:dato q virtualiter propinque vel remote:eiꝰ assensus nõ est practicus:sz speculatiuꝰ. modo eadẽ ꝓpositio simplex nõ iportat praxim formaliter:z ea caret:igitur. Interdum est distinctio rationis solum:vt ptz assumpto assensu copulatiue vel disiunctiue capiẽdo iudicii totius :tũc em idẽ assensus est practicus z speculatiuus : practicꝰ p quanto est formaliter directiuus praxis de qua vna propositio dictat: speculatiuus aũt p quãto habet obiectuz pure speculatiuũ. z si istud non ꝓtingeret de assensu totali:nuq̃ idẽ assensus eẽt speculatiuꝰ z practicus. quod multi doctores vtrobiq; credunt esse verũ.sed patet q nõ:de hoc totali iudicio: vt amplius patebit in distinctione sequẽti. Speculatiuus em non habet obiectũ practicũ inquantũ hmõi. Extra hanc autez materiã nunq̃ dabis propositionem formaliter iportantẽ praxim z ea carentẽ. sic nunq̃ dabis assensum speculatiuum esse notitiam practicam.non dubiũ est quin sit assensus speculatiuus z practicus de eodem obiecto remoto:vt de subiecto obiecti practici:vel de predicato. Nam habeo notitiam speculatiuã de hac: homo est risibilis : z practicam de hac:homo est diligendus propter deum. ¶Secũda cõclusio.quilibet habitus practicus a quolibet speculatiuo ꝓprio fine distinguitur. ꝓbatur:quia nullius habitus speculatiui est aliquis alius actus a scire cuiuslibet habitꝰ practici:aliquis aũt actus a scire proprio est finis. Dixi de fine proprio competenti habitui ex natura habitus/ nõ a voluntate habentis habitũ. nam q̃uis aliquis addiscat geometriã vt eam doceat z lucretur diuitias:nec docere/nec lucrari est finis geometrie cõpetens ex propria natura: cum ipsa nec doceat docere vel lucrari:nec alterꝰ eorum sit actus ab ea imediate elicitus. Habitus aũt speculatiui nullus est actꝰ directiuus:cũ eius actus elicitus nõ sit directiuus:oĩs enim habitus practicus directiuus est praxis alicuius: qui quidẽ est eius actus directus : aliis ab actu ꝓprio elicito.quilibet aũt hmõi actus est finis habitus.vnde.ix.metaphysice dicitur.finis autẽ est actꝰ: z huius gratia potentia sumif:non em vt visum habeant vident animalia: sed vt videant visum habẽt. Similiter autẽ z edificandi scientiam vt edificent:z theoricam vt speculentur.z.ij.metaphysice.theorice finis est veritas:practice vero opus:z tertio de aia: intellectus qui ꝓpter aliquid ratiocinatur.z practicus differt a speculatiuo in fine.vbi cõmentator cõmẽto.xlix. operatiuꝰ(inquit) differt a speculatiuo in participatione z fine. ¶Ad secundam dubitationẽ dicitur q ille habitus est practicus:qui mediante suo actu elicito est formaliter praxis directiua : ille vero est speculatiuus:cuius ꝓprius actus non est formaliter praxis directiuus.ex actibꝰ em practicis habitus practicus:z ex actibus speculatiuis habitꝰ speculatiuus generatur.intellectus aũt practicꝰ ab habitu/z actu practico denoiatur: z speculatiuus intellectꝰ ab actu z habitu speculatiuo. Nõ est tñ discrimen reale inter intellectũ practicum z speculatiuum:

sed est idem intellectus numero: qui alia ratione vocatur practicus: ⁊ alia rone speculativus: sicut realiter intellectus est volūtas. ℚuo fit: vt hec sit vera de virtute sermonis: intellectui speculativo habit⁹ practicus inheret: identidē intellectui practico habitus speculativus inheret: sed tales nō sunt ꝑsuete in modo loquēdi. ℚꝫ ille sint vere ptz: qa vna illaꝝ est vera: ⁊ equa est ratio de alia: ergo vtraq; est vera. vn⁹ veritas ptz: qz huic aie inheret habit⁹ speculativus: hec anima est intellectus practicus: ergo intellectui practico inheret habit⁹ speculativus: maioꝛe in obliquo/minoꝛe in recto/concludendo eandē obliquitatē in conclusione. ℚx isto ptz q nō est idē obiectū practicum/praxis/actus practicus/habitus practicus/ ⁊ intellectus practicus. ¶ Ad tertiam dubitationē conceditur q conclusio practica sequitur ex duabus quaꝝ vna premissarū est practica ⁊ alia speculativa: vt sic arguēdo: omne summū bonū est diligendū: de⁹ est summū bonū: ergo deus est diligendus. omne malum est vitandum: adulterium est malum: ergo adulterium est vitandū. minoꝛes istoꝝ syllogismoꝝ sunt speculative: et earum assensus sunt speculativi: sicut syllogismus: cuius vna premissaꝝ est negativa est negativus: totus em̄ syllogismus insequitur finē: sicut primo priꝯ in mixtionibus ex vna de contingēti ⁊ alia de necessario sequit̄ ꝑclusio ex altera tm̄. Si assensus minoꝝ in his syllogismis sufficiant ad notitiam practicam: euacuabis notitiam speculativam.

¶ Dubitatur quarto: quō scientia practica seu activa distinguatur a prudentia/ ⁊ scientia factiva ab arte. ℜespondeꝯ. actio ⁊ factio distinguūtur ab invicē: vt ptz. vi. ethicoꝝ. sed de modo differētie nō est vsq; quaq; certū: actibile em̄ vel agibile scōm ℚustratiū primo ethicoꝝ est qō cessat agētis actione cessante: id est nō est nisi dum agit agens: sicut intellectio nō est nisi dum agēs eam agit: vt videre/audire: ⁊ sic de talibus. Factibile vero ōz quod cessante actione p quā hꝫ esse nō cessat: seu qō nō desinit esse agēte cessante agere: sicut liber vel arca non cessat earum agentibus cessantibus agere: hoc autē intelligēdum est de agentibus secundis. nam nulla res subsistere potest deo cessante agere ipsam. huic modo dicendi videtur esse conformis philosophus. ix. metaphysice ⁊ primo ethicoꝝ. ¶ Sed ꝓtra hoc arguitur. Aristoteles primo magnoꝝ Moralium ponit citharizare inter operationes: quaꝝ nō est aliud opus ꝑter operationē: et tamē citharizare nō videtur esse actio: sed magis factio: cum pertineat ad artē: ⁊ non ad prudentiā. Alij dicunt q factio est que transit in materiā exterioꝛez: vt domificatio/fabricatio/ ⁊ hmōi. Actio autē est que manet in agente: vt volitio/intellectio. ¶ Sed ꝓtra hoc arguitur. omnes operationes virtutū moraliuz sunt actiones: quaꝝ tamen multe transeunt in materiam exterioꝛē. ℙlacet aliis ⁊ apparēter aliter dicere: q omni habitui intellectuali cōis est operatio itellectus: sed differēter: qm̄ omnis operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigendā operationē exterioꝛē vt ipsa res operata in se sit bona ⁊ perfecta dicit̄ factio siue operatio factiva: ⁊ pertinet ad artē. Omnis autem operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigēdam electionē vt electio sit in se bona ⁊ honesta/ dicitur actio siue operatio activa: ⁊ spectat ad prudētiam. Nō incōuenit idem pertinere ad artē ⁊ prudētiam scōm aliam ⁊ aliā rōnem: et sic idem est agibile ⁊ factibile: actio ⁊ factio. dom⁹ em̄ est factibilis ꝑut intenditur vt res extra operabilis: ⁊ sic domificatio est factio: sed domus est agibilis scōm q ordinabilis in finem vltimū: puta in felicitatem: ⁊ domificatio sic est actio. ¶ Ex isto patet q nō solū operatio que relinquit opus operatum aliud ab ipa operatiōe dicitur factio: ꝓout factio spectat ad artem: ⁊ non ad prudentiam: qz citharizare/equitare/cātare/ sunt factiones ⁊ pertinēt ad artē sicut domificare/vel fabricare: ⁊ scōm hoc potest exponi philosophus. ¶ Ars aūt ⁊ prudentia multifariā distinguunt̄. nā obiectuz prudentie est agibile inquātum agibile: artis factibile inquātū factibile: ⁊ licet eadē res sit agibilis ⁊ factibilis: hoc est scēdum diuersas rōnes: vt dom⁹ est factibilis scōm factionem: que est motus transiēs in materiā exterioꝛē: qua domus extra producitur: ipsa vero est agibilis secundū actionē: que est interioꝛ electio ad faciendam domū ꝓpter honestum finem ⁊ per media honesta. Finis prudētie est honestū: artis vero finis vtile. Sed istud discrimen nō est reale: vtile em̄ non distinguit̄ ab honesto: sed sufficit rōnis distinctio: scōm discrimē Aristotelis. vi. ethicoꝝ. artis est virtus: prudētie vero nō est virtus: id est ars indiget prudentia dirigente ipsum artificium in finē debitum ⁊ honestū: prudentia vero nō indiget alia causa sic dirigēte. ℙrudētia itē ⁊ scientia differūt: quia sciētia scm philosophum. vi. ethicoꝝ/ est eternoꝝ ingenitozū ⁊ incoꝛruptibilium: hoc est scēde intētionaliter ꝓpositionū nō potentium aliter se habere. ⁊ scientia est vniuersaliū: prudētia vero est singularium ⁊ potentiū aliter se habere. ⁊ eodē modo de arte. Varie aūt hec ab expositoꝛib⁹ Aristotelis intelligit̄. ego sic intelligo Aristotelē: prudētia est interdū vniuersaliū ⁊ necessarioꝛ: ⁊ tunc coincidit in supponēdo cū scientia practica. A moralī quidē philosophia differt: que est de habitibus voluntatis: palā est em̄ q nō differt ab ipsamet que est moralis philosophia intellectualis. sed nō est necesse: q prudentia sit vniuersaliū ⁊ necessarioꝛ: quod requirit̄ ad scientiā. ⁊ sic est discrimen rōnis: vel aggregatū scientie practice distinguitur ab aggregato prudentie: cum vna multitudo includat ꝓtingētes ꝓpōnes quas alia excludit. cū aūt Aristoteles inter hec voluerit ponere discrimen: non debuit dicere: saltē ad suū negociū nō spectabat: dare eorum cōuenientiam: sed solum differentiā. ℙrudentia nihil aliud est nisi notitia iudicativa ostendēs aliquid esse faciendum taliter qualiter fieri debet: vel fugiendum taliter qualiter fugi debet: vt notitia iudicativa qua iudico q iste cholericus bili cōmotus est per lenia verba mitigādus: vel notitia huius/ oē honestum est prosequēdum/ prudētia est auriga ⁊ directrix virtutū moralium. idē aūt est prudētiā dirigere virtutē/ ⁊ eā regulare: ⁊ ostēdere qualiter ipa fieri debeat. Experimētū ꝓ ⁊ ars hoc mō scatēt: vt ptz primo metaphysice ⁊. ū. posterioꝝ. ex sensu fit memoria ex memoria experimētum/ ex multis experimētis inducitur vna vniuersalis: que est principiū artis. Hoc est ex sensationibus que sunt notitie intuitive fit memoria: id est notitia memoratiua eiusdē obiecti: cui⁹ fuit sensatio: ⁊ hec memoratiua est notitia abstractiua: ambe autem iste sensatio ⁊ memoria sunt notitie singulares simplices apprehensiue. ex multis quoꝝ memoriis fit experimentū. Est aūt experimētū iudicium alicuius singularis non sensati causatū ex multis memoriis consimiliū prius sensatoꝝ. exempli causa: per tactum noui a. ignē fuisse calefactiuū ⁊ b. ignē similiter: viso c. igne a remotis quē nō sensi: ex memoriis a. ⁊ b. igniū prius sensatoꝝ a me: iudico c. ignem

calefactiuum. assensus iste. c. ignis ē calefactiu⁹ est experimentū. ex multis aūt experimētis accipitur vniuersalis. Intellect⁹ sane supplet bōitatē ꝑtie in inductiōe: videꝫ hoc habarbaꝝ purgare cholerā: ⁊ illud: ⁊ nō percipit instantiā: ⁊ videt quare illud ꝓuenit: hoc est ab hac ꝓprietate habarbari. hic est difficultas si capiatur in antecedente: ⁊ sic de alijs antecedēs nō erit notius cōsequēte. Si dicas: hic ignis est calid⁹ demōstrando a: ⁊ sic de. c. igne: quoꝝqlibet est sensat⁹. tūc si ꝓtin⁹ iferas sine vltioꝛib⁹ ꝓpositionib⁹ vniuersalē: discursus est mala cōsequētia. nō em̄ sufficit ad ꝓbandū aliquod cōsequēs euidēter assumere antecedēs euidēs: nisi ꝑña fuerit euidēs: aliquin hanc ꝓbabis euidentē: de⁹ est trinus ⁊ vn⁹ ꝑ hanc: quodlibet ē vel nō est. Sed iuuabit intellect⁹ hic supplet bonitatē ꝑtie apponēdo hāc ꝓpositionē: qlibet ꝓprietas cōueniens vni indiuiduo vni⁹ speciei: illa vel similis in specie est nata cōpetere cuilibet: ⁊ illa nulli bene cōsiderāti est dubia. ſꝫ notitia sortis sortē repsentat ⁊ non platonem.

Ueritur septimo de obiecto sciētie ⁊ fidei. Circa hoc multiplex est modus opinādi ℚuidā em̄ ponūt cōplexe significabilia eē obiectū scīe: de q̄bus nusq; loquoꝛ fundamētū positiōis recitādo: tū qz ipa satis est in vsu. tū scdo (⁊ hoc plꝰ mouet) q̄ sunt volūtarie ficta: ⁊ sine auctoꝛitate ⁊ sine rōne. Alij ꝑcise dicūt rē significatā ꝑ extremā ꝑclusionis esse obiectū scīe. Tertij dicūt ꝑclusionē esse obiectum scientie ⁊ fidei. ⁊ hoc multi antiquozū tenuerunt. vt Altisiodoꝛus. in. iij. in materia de fide. apud alios dicebatur res ad extra quo dā modo obiectū tanq; res scita ad extra: hoc ptz apud scm̄ Thomā. in ꝓncipio scde secūde. ⁊ apd Alexandrū halēsem. Oēs isti modi (dēptis complexe significabilib⁹) non debēt habere discrimē magni momēti. ¶ ℙropterea respondeꝯ ad titulū questionis. Et cōclusio demōstrata: termini ei⁹ ⁊ res significate ꝑ illos: dicunt̄ eē obiecta sciētie: pariter ⁊ fidei. pbaꝯ ꝑclusio sic: eē obiectū fidei: nihil aliud est q̄ terminare assensuz credēdi: illud ei dr̄ esse obiectuz credibile: in quod tendit assensus credendi. Similiter illud est obiectū sciētificū: in quod actus scientificus dirigitur: hoc patz vbiq; de obiecto ⁊ ei⁹ notitia: obiectum em̄ visionis est color extēso termino: ⁊ sonus audit⁹: ⁊ ita inducti ue: modo intellectus assentiens huic: christ⁹ resurrexit a mortuis habet assensū creditiuum: quo credit huic cōplexo. ⁊ intellect⁹ cōsiderat ptes illius enūciabilis: ⁊ res significatas ꝑ eas. Quare ianis est satyricus morsus virozū de vario modo opinādi in hac parte ꝓ difficultate verbali. ¶ Sed cōtra istud arguit̄. ex isto sequit̄ q fides: erroꝛ: ⁊ opinio: essent de eodē: cōtra dicta in questione quinta. Insup sequeret̄ q scientia esset notitia reflexa. similiter fides. ¶ Ad primū ꝓpter facilitatē nō respondeo Scōm ē facile etiā. si sufficiat ad eē notitiā reflexā esse notitiā iudicativā siue apꝑhensiuā nō iudicativā: nunquid est corollarium sequens. concedit̄ illatum. ¶ Secundo arguit̄: sequeretur q scientia esset de coꝛruptibilib⁹ ⁊ potentib⁹ aliter se habere: hoc est cōtra Aristotelē ꝓmo posterioꝝ. cōsequētia est clara: siue ponant̄ cōclusiōes: siue res significate ꝑ eas esse obiecta. ¶ ℙreterea tunc oīs scientia esset de terminis. hoc est falsum vt ptz de quadriuialibus. ¶ Ad secundū distinguitur: vel de coꝛruptibilib⁹ ꝓme itēliter: ⁊ sic cōcedit̄. qlibet ei creatura pōt coꝛrupi a deo. vel de coꝛruptibilib⁹ secūde intētiōaliter. i. de ꝓpositionibus cōtingētib⁹: ⁊ sic negat̄: etiā res ad extra talē cōnexionē hñt int̄ se: vt necesse sit ꝑdicatū vniri cū subiecto eodē mō sicut denotat̄ ꝑ ꝓpositionē. Illud argumētū est equaliter cōtra aduersarios: dicere ꝓplexe significabilia eē ab eterno ⁊ nō coꝛruptibilia: ⁊ fingere acceptiōes entis sine ratiōe est glossa aurelianen⁹. ¶ Ad aliū cōcedit̄ de obiecto cōplexo ⁊ partib⁹ eius: negat̄ tamē de reb⁹ significatis ꝑ cōclusionē. qđ dicit̄ nūc cōiter sub alio vocabulo: concedit̄ de obiecto ꝓpinquo ⁊ remotissimo. Hoc verū est qz principali⁹ intellect⁹ rimatur res significatas ꝑ terminos q̄ cōplexū ⁊ partes eius: vt ptz de sciētia huius: sup lineam datā. ⁊ c. similib⁹. logica aūt dicit̄ sermocinalis: qz potissimū cōsiderat de sermōe vero vl falso. sic rhetorica dicit̄: qz cultū a barbaro segregat/ ⁊ sermonē lepidū cōsiderat. ⁊ ita de grāmatica. opposito mō i vsu est de phȳsica ⁊ quadriuialib⁹. ¶ Tertio ar. si enūciabile ē obiectū fidei: articuli fidei sūt mutati: ⁊ alia est fides i nobis ⁊ in antiqs: vt patz de hac: christus moꝛiet/ christus moꝛtu⁹ est. ¶ Ad hoc dicit q̄dā q enūciabile cōe ad oīa tēpoza ē articul⁹/ scz filiū dei esse incarnādū. hoc nō satisfacit. ℙroptereā dicit̄: q iterdū erat fides de ista christ⁹ moꝛietur: nūc aūt est assensus fidei de suo oppositō: ⁊ fides antiquozū non mō numero distinguit̄ a fide nostra: ſꝫ specie: loqmur de fide acq̄sita. ℙrobat̄: qz distinctio obiectoꝝ specifica arguit distinctionē specificā actuū ⁊ habituū. ¶ Sꝫ cōtra istud arguitur ꝑ glossā ꝑme ad Coꝛrithi. x. In signis itaq; diuersis eadē est fides: tēpoza variata sūt: fides nō: qz illi christū venturū/ passurū crediderūt: nos autem venisse ⁊ passuz eē. ℜespondeꝯ. ℙrimo est eadē fides i specie subalterna. palā est ei q nō loqꝛtur glossa dei idētitate numerali. Secūdo ē eadē fides infusa i specie specialissima: sicut fides infusa abrahe inclinabat ad assensū isti⁹: messias veniet ita similis fides infusa inclinabit nos ad credendū isti: messias iam venit. Tertio dicit̄ q est eadē obiectiue: hoc est circa idē obiectū scz circa christuz.

Altisiodo.

Thomas.

Jc dubitatur: qua vnitate logica vt qua sciētia dicatur vna. Circa hāc dubitationē vari⁹ est mod⁹ respōdi. Quidā doctoꝛ tenet q sciētia totius phȳsice est vna vnitate numerali: dūmodo sit idē mediū demōstrandi: nec incōuenit cōclusiones specie distinctas hr̄e eandē sciētiā numeralē. Et i rei veritate multi antiquoꝝ ibāt ad illud i actib⁹ intellectus ⁊ volūtatis: ita q volebāt dicere q qlibet liberalitas sit eiusdē speciei cū alio: ⁊ qlibet tēperātia cū qualibet alia. Hoc añ istū doctoꝛē tenuerūt Altisiodoꝛ⁹: Alexāder/ ⁊ alij innūeri. Sꝫ ꝓtra eā sunt ratiōes cōmunes ⁊ fortes. nā habit⁹ quoꝝuz vnus pōt esse sine alio distinguūt̄: ſꝫ quis pōt hr̄e sciētiā vnius cōclusiōis logicalis habēdo erroꝛē ꝓprie dispositiōis de alia. Itē habēs scientiā primē cōclusiōis geometrie nō pōt exire in actū centesime cōclusionis: sed ꝑ studiū potest. queritur ꝑ an acquirat aliud de nouo: an non. Si primū: coꝛ-

ruit opinio. si scđm: pari facilitate tenebo q̄ quis assentit vni cōclusioni: ⁊ nullū assensum illi⁹ habz. Dices: acquirit nouū respectū ad aliā cōclusionē ⁊c. Hic mod⁹ est alien⁹ ī cōi schola a philosophia ꝓpterea relinquatur sue secte: nec respicio an respondeant. sed cōsideret educat⁹ in philosophia Aristotelis neutralis/an sufficiens respōsio dari possit. Teneam⁹ ꝫ ꝓ constanti q̄ quot sunt cōclusiones geometrice/tot sunt assens⁹ distincti vł essent si oēs illi haberent: ⁊ q̄cunq; sunt due cōclusiones specie distincte a q̄buscūq; medijs naturalib⁹ causent: eas assensus specie distinguūtur. Ex istis ptz q̄ multe sūt sciētie logicales: ⁊ geometricales. Sz bifariā capiē sciētia Uno modo ꝓ simplici habitu. Alio mō collectiue ꝓ collectiōe multorū habituū vel actuū. Interdū includit opinionē/errorem ⁊ cetera id genꝰ: sed oēs illi habit⁹ a sciētia denominationem accipiunt. q̄ multe sunt opiniones in logica ⁊ physica/est apertus: logica eīm est sylua opinionū. Sz quomō tota logica dicitur vna: est partita positio Dicit q̄dā doctor. iij. q. prologi primi sentētiaꝝ: q̄ rō primi subiecti est ꝓtinere in se primo virtualiter oēs veritates illius habitus cuius est. Hoc patet q̄ obiectū primū cōtinet ꝓpositiones ímediatas: q̄ subiecta istaꝝ continent p̄dicatū: ⁊ ita euidentiā totius ꝓpositiōis. ꝓpositiones aūt ímediate continent cōclusiones: ergo subiectū ꝓpriū ímediatarū continet oēs veritates illius habitus. Primo virtualiter continere est: q̄ illud primū est q̄ nō dependet ab alio: sz alia ab illo. Ita ergo prio continere est ab alijs non dependere in continendo: sed alia ab ipso. hoc est q̄ si p impossibile circūscripto omni alio/manēte intellectu eius adhuc ꝓtineret: ⁊ nihil aliud cōtinet nisi p rationē eius. Cōtinentia virtualis est duplex. q̄dā in esse reali: ⁊ est illa qua aliquid cōtinet aliud: qđ potest ipsum ꝓducere in eē reali: quē admodū q̄libet causa potēs aliquem effectum ꝓducere ipsū cōtinet in esse reali: sic sol ranā/ignis calorem/⁊ deus omnem creaturā cōtinet. Alia ē virtualis continentia in esse cognito: in qua quidditas in esse cognito obiectiue ab itellectu cognita pōt ꝓducere cognitionē alteri⁹ obiecti in esse cognito. Hoc mō si homo sit a nobis cognitus: p rationem obiectiuā eius/potest cognosci q̄libet ei⁹ passio vt risibile/flebile/⁊ sic de alijs. Itē si hō eēt ꝓfecte cognitus in esse cognito: ex illa cognitione legeretur cognitio oīm passionū proprium ipsi⁹ hois. etiam hic est sermo de continentia ꝓpositionuz necessariaꝝ. ꝙbi gr̄a capiam⁹ hūc syllogismū p quē habet sciētia de hoīe: omne aīal rationale ē risibile: omnis hō est animal rationale: ḡ oīs hō ē risibilis. premisse continent virtualiter scientiam conclusionis q̄ est mediata: subiecta premissarum continēt notitiam p̄missarū: q̄ in qualibet propositione ímediata semp subiectū continet p̄dicatū et termini cogniti continēt notitiā ꝓpositionis ímediate. ꝓpositiones erga immediate continent ꝙtualē cōclusionē: ⁊ notitie terminoꝝ continent ꝙtualē notitiā ꝓpositionū: q̄ vel in qualibet ímediata prędicatum est de essentia subiecti: ⁊ sic cōtinetur a subiecto essentialiter: sicut est in minore/omnis homo est animal rationale. vel continet virtualiter: et sic subiectum maioris scilicet aīal rationale continet virtualiter prędicatū scz risibile:

Frat Joānes duns.

q̄ si cognosceret aīal rōnale/pfecte cognosceret risibile: tunc q̄cquid ícludit includens/includit in clusum. Et subiectū minoris continet prędicatuz primo essentialiter: ⁊ subiectum maioris continet p̄dicatū virtualiter. Exemplū: si hō includat aīal ⁊ animal includat substātiā aīatā sensibilē: hō includit substātiā animatā sensibilem. si ergo homo in minore essentialiter includat animal rationale: ⁊ in maiore aīal rationale includit risibile virtualiter: ergo de ꝑmo ad vltimū/subiectū scz hō continet totum virtualiter: ⁊ omnez euidentiam siue omnem veritatem. Sed contra hunc modū arguit: seq̄retur q̄ hō cōtineret virtualiter euidentiam huius veritatis/hō est beatificabilis: ⁊ luna huius/luna ē eclypsabilis. sed hoc est falsuz. igit: falsitas ꝓntis patet: q̄ sequit q̄ homo cōtineret conceptū beatitudinis: ⁊ luna conceptuz terre luna eclypsatis. Q̄ sequatur patet p illā Maximā: oē qđ continet ꝑtualiter aliquā rem/continet etiā virtualiter oia requisita ad illā rem. sed per dicta subiectum cōtinet ꝑtualiter euidentiam talis veritatis: ⁊ illa euidentia nō pōt habere absq; conceptu beatitudinis: igit cōtinebit conceptum beatitudinis. Respōdet illā Maximā distiguēdo. vł intelligit de cōtinente ꝑtualiter totali: ⁊ sic cōcedis aut de continente partiali: ⁊ sic negas. non ītēdit aūt opinio attribuere subiecto cōtinentiā totalē: sz solū partialē. Sz ptra hoc arguit. ptinere ꝑtualiter ē nō dependere ab alio ī cōtinēdo: sz oē qđ partialiter cōtinet/a coadiutore dependet ī cōtinēdo. ergo subiectū cōtinet totaliter et non partialiter. Respondet negando minorē: q̄uis oē tale dependeat a coadiutore in efficiēdo. nā dependere ī cōtinendo ē p̄ supponere aliud continēs. Dependere vero in efficiendo ē hꝰe coadiutorē sine quo effice re non pōt. cum ꝫ cōceptus subiecti possit haberi absq; cōceptu definitionis/⁊ passionis: ⁊ ista non possint haberi absq; cōceptu subiecti: sequitur q̄ isti dependēt a cōceptu subiecti ī continēdo: ⁊ nō ecōuerso. Hic aūt ē sermo de ꝓceptu obiectiuo: ⁊ nō qualitatiuo. vt hūanitas in sciētia de homine.

Grego.

Hūc modū q̄dam doctores multipliciter impugnant: quorū argumēta soluūtur p distinctionem datā. Arguit q̄dā doctor sic. si quodlibet subiectū scientie sic cōtineret suā passionez: quelibet hmōi passio esset alia res ab hmōi subiecto actualis vel potētialis: actualis si actu ipsa est: potētialis si nō actu ipsa est. falsitatem cōsequētis diffuse ꝓbat.

Istud argumētū nō est ꝓtra mentē doctoris cōtra quē argumētat: q̄ nō loquit de cōtinētia effectiua: sic q̄ subiectū ꝓducat passionem. Sed contra istat arguēs sic inquens: ita manu ꝓpria post ꝫ exposuerat q̄d ē primo ꝑtualiter cōtinere magis hoc ipsum declarās addit in margine: vide arguētē. Ad hoc dr̄ q̄ nō ē verisimile q̄ doctor subtilis voluerit illud imaginari: cū secūdū eū passio et subiectū idētificētur realiter: ⁊ distinguātur solū formaliter. ⁊ nulli cadit in dubiū q̄ nunq̄ idem ꝓducit seipsū. Sz ad hoc qđ vir iste vidit ī margine nō credo eū fuisse mentitū. Forte alius hoc ímargine Duns ānotauit/dicens scriptū fuisse a doctore subtili. Sed o optz illud ī margine exponere ad mentē ei⁹ in alijs principijs. Tertio nō est magna vis de hoc q̄d ē notatū ī margine. Scotiste eīm nō ht̄ tueri notatiūculas margineas. Qui ātvoluerit

instare ad ꝓbandum vtrobiq; passionem identificari cū subiecto: eat ad Thomistas.

Ockam. Gregor⁹. Martin⁹ in p̄dicabilib⁹

Ad alia argumēta nō respōdeo: quia vel ꝓcedūt de ptinētia reali: vel si de cōtinētia in esse cognito/ꝓcedūt de continentia torali. Et quia argumēta arguētū ad hoc tendūt: nō est opus respōsione

¶ Ad primū negatur añs. nigredo inheret atramento cui inhesit: ⁊ nullo modo inheret papyro. qz tunc de vno subiecto ihesionis ad aliud migraret quod est philosophiā colaphizare. ¶ Ad aliud nego: q in aqua maneat frigiditas. forma eñ substātialis aque cozrūpit calozem: sed nō reducit ipsaz aquam ad tantā frigiditatem ꝓpter contrariū circunstans in medio calido sicut in medio frigido: vt patet de aqua q̄ non est ita frigida in estate sicut in hyeme nisi in fontib⁹ ꝓpter antiparistasim. ¶ Est cōtrarietas virtualis inter formam aque ⁊ calorē cū ꝓducat qualitatem cōtrariam ipsi calori. vnū formaliter contrariū ⁊ aliud virtualiter non pugnant mutuo. licet violente cohabitēt simul. ¶ Nec inconueniens q forma aque sine frigore suo īstrumento agat in passum cuius est pars. ¶ Sed contra hoc arguiť sic. qz per illud oportet omnes gradus calozis remoueri ab aqua ante q̄ introducať vnus gradus frigozis: sz hoc cōsequēs est falsum: ergo ⁊ añs. cōsequentia est lucida. ⁊ probať falsitas cōsequentis. qz tunc aqua debet subito ꝓducere frigus summū: cōsequens est falsum. ⁊ cōtra experientiā. ergo ⁊ añs. ⁊ ꝓbo cōsequentiam: nulla eñ est resistētia in ipsa aqua: immo summe inclinatur ad frigus. forma aque equaliter applicatur omnib⁹ partib⁹ aque. ergo tātū ꝓducit subito q̄ntum ꝓducere potest per temp⁹. ¶ Respondetur negando q ꝓducit subito totale frigus. sed illud non ꝓuenit ex resistentia passi: sz quia talis est cōditio qualitatis cozporalis habentis contrariū q non ꝓducit suum effectū subito vt experiētia docet. Dixi de qualitate habente contrariū ꝓpter lumen qđ subito ꝓduciť: ⁊ licet scientia habeat cōtrarium: nō inconuenit tamen ipsam subito ꝓduci: vt supponiť alibi ꝓbatū. ¶ Quarto arguitur ponendo minimū naturale inter cozpus summe calidum ex vna parte: ⁊ cozp⁹ summe frigidū ex altera. sic scz: q vna medietas sit in sphera actiuitatis vnius: ⁊ alia medietas in sphera actiuitatis alterius: ponatur illud minimū equaliter applicatū ⁊ equaliter dispositū ad susceptionem calozis et frigozis. tunc sic: illud minimū calefiet secundum se totū syncategozematice ⁊ idem frigefiet. ergo qualitates cōtrarie simul cohabitant in eodē subtecto suapte natura. ¶ Non valet dicere: q altera illarum medietatū calefiet ⁊ reliqua frigefiet: qa tūc dabiť calor subduplus ad remississimū calorē qđ implicat. supponimus eñ illud nō esse maius q̄ requrat extensio calozis remississimi vel frigozis remississimi. ¶ Dicit q nullum agentiū illoz aget in illud passum: qz vnum agens impedit aliud: non per effectū suum in passo: sed ꝓpter ꝓpinqtatem suam: supposita equalitate in illis agentibus sicut patet in hyeme q aqua supposita igni nō ita cito calefit ꝓpter aerem vicinū: sicut in estate qñ aer nō est frigidus. ¶ Quinto arguiť sic. fortes ē bonus ⁊ malus in eodē tempore adequato vel in eodem instanti. ⁊ illi termini cōtrarij non possunt verificari de eodē nisi qualitates cōtrarie eidem infuerint. Assumptū patet: posito q fortes sit tēperatus tam est bonus: qz in eo est virt⁹: ḡ est studiosus. sit etiam auarus ⁊ timidus moraliter. Jaz est vitiosus: ergo est malus. ¶ Respondeť: negādo q bonum ⁊ malū contrarientur. Pro nūc autem supponimus illam opinionē falsam que tenet connexionem virtutū siue in gradu tēperantie siue in gradu heroico: sed sufficit argumēto de gradu cōtinentie. liberalitas eñ ⁊ auaritia non cōtrariantur circa diuersas materias nec circa eandem materiam in actu ⁊ in habitu: sed apud loquentes bene habituatus dū modo non constet de actibus malis/ vocatur bonus. ¶ Potest esse argumentū ad probandū si quis dubitet vel discredat vni ꝓpositioni fidei. credendo alijs/ q talis sit fidelis ⁊ infidelis. ¶ Sed diceť q fidelis est ille q̄ credit: ⁊ nō pertinaciter discredit. ¶ Sexto arguiť. homo scdm sensualitatem appetit prohibita sibi a deo ⁊ illicita: ⁊ renuit eadem scdm rationē: ergo appetitus cōtrarij sunt in eodem. ¶ Et confirmať: quia fortes diligit platonē: ⁊ prosequitur odio ciceronē sed ille sunt qualitates cōtrarie. cōtrarietas enim est a tota specie scdm hanc positionē. odium Ciceronis ⁊ dilectio Ciceronis non se compatiuntur in eodez subiecto primo: modo quicqd repugnat vni indiuiduo vnius speciei idem repugnat cuilibet indiuiduo eiusdē: alioq̄n ista contrarietas nō esset specifica. ¶ Ad sextū respondeť: negando q i homine sint qualitates cōtrarie: illud enim argumētum nō probat diuersitatem animarū in homine: qz omnia possunt saluari tenendo vnam aiam itel lectiuam esse in hoīe. Nego aūt q ille qualitates sint cōtrarie: licet sit actus elicit⁹ liber distinctus ab aīa. forte eñ nullus est actus naturalis vel sensualitatis: per quē anima tēdat in obiectū. appetitus eñ naturalis non distinguiť a re cuius ē appetitus. sed bene verū est q contrario modo tendunt: qz per vnū tendit in ꝓsecutionem obiecti p aliud autē respuit obiectū. ¶ Ad cōfirmationem concedo casum: qz dilectio fortis ⁊ odiū platonis non repugnant. ¶ Cōtrarietas eñ est solū specifica in qualitatibus non vitalib⁹: sicut aduersarij dicerēt: licet eñ qualitates cōtrarie se compatiant in gradibus remissis vel in qualitatib⁹ ciusdē speciei cū eis: tamen hoc negabūt in spiritualib⁹. Assensus eñ contradictoziarum sunt contrarij. iiij. Metaphysice. id est non se compatiunť in ḋbusdā gradibus. Eodem modo dicendū est in ꝓposito. Etiam nō nego q̄n fortes posset eūdem odire ⁊ diligere scdm diuersas apprehēsiones. ¶ Septimo arguiť. media regio aeris semper est frigida: saltē semp media regio aeris est frigida. vt ptz. ij. Meteozoꝝ. non alias Philosophus in illa regiōe ponit generationem pluuie: ⁊ aliarum impressionum meteozologicarū. et tamen eadem regio est calida. Quod ptz: sol qz calefacit ista inferioza cū maioz est calor in his climatib⁹ sole existente in signis septētrionalibus q̄ meridionalibus. igiť calefacit medium. omne eñ agens fortius agit in ꝓinquum q̄ in distans. ¶ Forte dices (et apparēter) q sol ista inferioza calefacit suo lumine. ⁊ cū hic inferi⁹ est lumē directū ⁊ reflexū generať calor a lumine: ⁊ tñ licet sit ita magnū lumē directū i media regiōe aeris vel maius: illic nihil calozis ꝓducit ꝓpter idispositionē passi qđ est frigidū. Anvero q̄libet ps medie regiōis aeris sit frigida nō cōstat: ⁊ dato q frigiditas nō sit naturalis aeri inḋtū est aer: tñ maioz ps illi⁹ medie regiōis aeris vl tota manet frigida ꝓpter impressiones meteorologicas: et finaliť ob salutē hoīs opus ē pluuia ¶ Octauo arguiť sic. Aristoteles metaphysice et

Cōmentator commento. xxiij dicunt q oīa media inter contraria sunt composita ex contrarijs. ¶ Et tertio Topicoꝝ dicit Philosophus: q̄ contrarijs sunt ipermixtioza: sunt magis talia: vt albius est qđ nigro ipermixtius est. ⁊ quinto Physicozum dicit Cōmentator cōmento. xix. q albū nō fit minus albū nisi ex mixtione cōtrarij. ⁊ Cōmēto. xlv. eiusdē dicit. q diminutū in omni genere est diminutū per mixtionem cōtrarij. ¶ Et cōfirmať qz vita cōsistit in calido ⁊ humido. vt ptz in libro de breuitate ⁊ lōgitudine vite: ⁊ aliqua pars a tali ē frigida: ergo calor ⁊ frigus sunt in eadem ꝓte subiecti. ¶ Ad oēs has auctoritates diluendas diciť q color medi⁹ dupliciter accipiť: scz scdm veritatem ⁊ existentiā: ⁊ scdm apparētiā solū. primo modo color medius est color scdm essentiā per se vn⁹ cuius q̄libet pars est homogenea cum alia. vt quelibet pars viriditatis ē viriditas: ⁊ quelibet pars rubedinis realiter est rubedo. Hā qs recte putās credit viriditatem/ rubedinem/ ⁊ colores medios esse aggregata solū albedinis ⁊ nigredinis. Color eñ medius ab vtroq̄ extremo ⁊ ab his copulatim specie distinguiť. hoc aūt pz per Cōmentatorem. vi. Physicoꝝ textu cōmenti. xxxij. Sed est ⁊ medius p conuenientiam ⁊ scdm cōparationem. q̄m color medius magis cōuenit cū vtroq̄ extremo q̄ extrema inter se. vt patet p Aristotelem. v. Physicoꝝ. fuscū eñ comparatū albo est nigrū: et comparatū nigro est albū. ⁊ est ꝓmunis modus loquendi hominū in multis alijs materijs. ¶ Color medius scdm apparentiam nihil aliud est q̄ varij parui colores collecti in varijs partib⁹ minutis vt cinis: que qz non sunt scdm se distincte perceptibiles: ꝓterea iuxta positi videnť vnus color medi⁹ vt in collo colūbe vel cauda pauonis. hoc ptz per Philosophū in de sensu ⁊ sensato. sic dicať ad similes auctoritates. ¶ Ad confirmationē dicit: q color naturalis est quedā substātia (vt dicit Marsilius. quest. xiiij. p̄mi de generatione vir opposite partis: ⁊ medicus) substātia inquam multū de spiritu participans: que conseruať in humido radicali: sicut flamma conseruať in oleo: sicut dicit Philosophus primo de gñatione. ⁊ continue generať a substantia calida ex humido radicali: sicut ignis nutritur ⁊ generať ex oleo. Vita diciť consistere i calido ⁊ humido radicali. qz requiritur q color naturalis non superet notabiliter ab humido radicali: qz tunc ipm cozrūperet. quo cozrupto nō maneret vita. Similiter color naturalis cōtinuo agit in humidū radicale ⁊ cibale cōtinuo cōsumendo: alioq̄n non indigeremus cibo. Experiētia aūt docet: q animal operationes suas exercens indiget spiritib⁹: ꝓpter quod si iunctura membri fortiter ligetur vt per ligaturā aduentus spirituū impediatur: patiť illud membrū tremozem ⁊ deficit. Et cū membrorum patiť tremozem nō est ob aliud: nisi qa non aduenium nouī spiritus ad vitam necessarij. ¶ Hoc idē tenet Jacobus de forliuio questiōe. iij Fen prima primi canonis Auicēne. per spiritum eñ vitalem ꝓcedentem a corde super toto cōseruatur vita in eo. per spiritū naturalem ꝓcedentez ab hepate perficiunť operatiōes naturales: vt digestio/ nutritio. Per aīalem spiritū qui a cerebro procedit conseruanť operationes animales. vt est sensus ⁊ motus: cū spiritus sit cozpus vapozosum tempozatum generatū ex parte subtiliozi sanguinis. ¶ Ex quo concludit iste q non quodlibet viuens habet spiritū huiusmodi. non tamē nego q̄n cum calore naturali frequenter sit calor accidens sed nō opz qūlibet partem aīalis esse eque calidam formaliter. vt ptz de illa ꝓte frigida. hoc videtur sentire Auerroys scdo colliget. secūdo capitulo de declaratione ꝓprie actionis ⁊ passionis i quolibet mēbro. dicit eñ oportere speculari qđ sit primum cozpus quod mouet: ⁊ apparet: q sit calor naturalis qui est in nobis: ⁊ hoc forsitan est illud cozpus calidū in fine vapozosum in corde inuentū: qđ mittitur ab eo. ⁊ sequiť. quanq̄ calor ⁊ spiritū idē realiter subiecto dicanť: nihilominus differūt ratione. calor eñ dictus est eo q calefacit/ subtiliat digerit/ ⁊ maturat. congregat homogenea ⁊ heterogenea disgregat ⁊c. talis spiritus autem ab eo q spirat pulsat illuminat: ⁊ virtutem ad suas defert actiones. Hoc ipsum Galenus tenet simplicium quinto. capi. v. ⁊ facile est soluere argumēta conciliatoris in oppositū differentia. lix. Sufficit aūt mihi si, color accidens sit nego q cum ipso stet frigus: sed solum cum spiritu. ¶ Mono arguiť: si qualitates cōtrarie nō se compaterenť: tunc sequeretur q daretur vnū instans in quo subiectuz subneutra formarū contrariarum esset: immo hoc sequitur de contrarijs immediatis. ꝓsequens ē falsum: ⁊ contra Aristotelem in post predicamentis. Inter sanum ⁊ egrū non est dare medium. ⁊ probo consequentiam signando a cozpus frigidū qđ per te nihil caliditatis habet: applicetur ei b calidum pure successiue cozrumpens eius frigus nihil caliditatis per positionem erit in a toto tempore motus ⁊ frigiditas a successiue cozrumpitur. ergo desinit per primum instans non esse: et caliditas etiam successiue producitur. ergo in illo instanti nec erit caliditas nec frigiditas in hoc subiecto Eodē modo de sanitate ⁊ egritudine argumenta boz. ¶ Respondeť: non cuiando nunc de minimo naturali quod subito producet: ⁊ sic aliqua pars frigozis precedētis subito cozrūpetur: sz dādo argumento omne suum pondus: concediť illatum. Nec hoc est inconueniens per illud instans. non datur mediū inter sanū ⁊ egrum per temp⁹. ¶ Sz qz potest esse difficultas de nomine sani vel egri que est ad nomen tñ inter Philosophozum ⁊ Medicozum principes: sanitas nihil aliud est q̄ dispositio naturalis viuentis: per quam viuēs potest operationes sibi debitas conueniēter exercere. Hoc colligitur ab Auicenna. Fen prima prime. capi. primo. sanitas est dispositio vel habit⁹ ex qua operationes subiecti sani proueniunt. ⁊ Fen secūda capit. ij. sanitas est dispositio per quam cozpus hominis in sua complexione et compositione tale existit: vt ab eo oīes operationes eius proueniant incolumes. ¶ Auerroys secundo colliget primo capitulo. sanitas est bona dispositio in membro cū qua ipsum operatur operationem quā habet operari secundum naturam: ac patitur passionez quā habet pati secundum naturam. ¶ Terminus egritudo dupliciter sumitur: primo communiter pro qualibet dispositione preter naturam immediate operationes cozporis preter naturaliter ledente: siue huiusmodi lesio sensibilis fuerit siue non: et taliter capitur ab nro Aristotele in Postpre-

Auicenna Fen ꝑma ca. i.

Auerroys ij. colliget.

dicamentis q̄ non est dare medium inter sanu5 et egrum: ꝛ certe ipse medicoꝝ ꝓinceps sic accipit scdo Aphorismoꝝ. cōmento quarto. vbi Hippocrates in aphorismo dicit sic. nō plenitudo/nō indigētia/neq; aliud quodcūq; maius natura fuerit: nihil bonū. Vbi Galenus in cōmēto cū in ꝑcedentibus vnū quoddā intellexit. in hoc subsequēti oīa subintroducit: ostendens sanitatē temperamentū esse ꝛ equalitatem. Et infert. exiens ergo
Galenus. mentū esse ꝛ equalitatem. Et infert. exiens ergo temperamentū vel equalitatem: ꝑcul dubio incidit in infirmitatem: si multū egredit morbus: si vero parū: causa morbi appellatur. Secundo sumit stricte ꝓ dispositione humanū coꝛpus sensibilit ledente. ꝛ sic reperit neutralitas ꝛ coꝛpus neutrū vbi nō est notabilis discratia a bona harmonia cōplexiōis. ¶ Decimo arguit sic. grauitas ꝛ leuitas se compatiunt in eodem subiecto. ꝓ3 de aere q̄ est leuis in respectu quarto de celo: ꝛ aqua q̄ est grauis in respectu. aer i sphera aque ascēdit: ꝛ in sphera ignis descendit. g̃ in eo sunt grauitas ꝛ leuitas. ¶ Confirmat: qz si qualitates cōtrarie nō se compaterentur in medio: tunc esset transit⁹ de extremo in extremū non transeundo per mediū. ¶ Pꝛeterea: licet forme substantiales elementoꝝ nō maneant in mixto: tamen eoꝝ qualitates manent in mixto: alioq̄n non esset discrimē inter mixtū ꝛ elementū. Non valet aūt dicere: q̄ sunt in varijs partib⁹ mixti: cū quelibet pars mixti sit mixtū. ¶ Ad ꝓmū istoꝝ dicitur: licet grauitas terre ꝛ leuitas ignis contrarientur: tamen in aere ꝛ aqua nō est grauitas ꝛ leuitas: sed est eadē qualitas que facit aerem cōscendere super aquā: ꝛ descēdere sub igne. sicut eadem virt⁹ trahit ad se cibū ꝛ expellit superfluum: retinendo purū ꝛ benignū. ¶ Ad aliud dr: q̄ non est transit⁹ de extremo in extremū non trāseundo per mediū in motu locali: nec in motu alterationis successiuo. ſz transit per gradus remissos Sed palā est q̄ pilus niger efficit cauus. ꝛ tñ non transit per viriditatem vel per calores medios.
¶ Ad tertiū dicitur: nec qualitates elementoꝝ nec eoꝝ forme substantiales manent in mixto: bene tamen manent alique qualitates eiusdē speciei in eis. ꝛ multa mixta habent calorem in vna parte ꝛ frigus in alia: vt animalia perfecta sicut cerebrū et medulle sunt partes frigide, coꝛ hepar spirit⁹ sūt calide. In aliquibus animalib⁹ exanguibus ꝛ in mixtis imperfectis parū caloris est: sed de hoc in secundo. vbi queri solet: an elementa maneant in elementato. ¶ Undecimo arguit: ponēdo a calidum in summo: ꝛ b frigidū sic applicata: q̄ vtrūq; sit in sphera actiuitatis alterius: ꝛ distent gra exē pli pedaliter. Jam a agit in ipsum frigefaciendo: ꝛ omne agens in agēdo repatitur. ꝑmo de generatione. ꝛ nullū agens naturale agit in remotū quin agat in mediū. ſcdo de aia. ergo tunc illud mediū mouetur motib⁹ cōtrarijs. hoc est: erit calor ꝛ frigus in illo medio. ¶ Non iuuat hic currere ad varias partes: ponat enim a tripedalis longitudinis: pedalis latitudinis applicatū secundū latum b frigido taliū dimensionū. Jam si a agat in partē medij interiecti in b frigidū: eadē ratione ꝑ aliā ptē: ꝛ econuerso. Eodē modo probabo q̄ erūt qualitates cōtrarie in parte repassa ipsius a q̄ dicatur c ipsa c pars repassa frigefit a b passo: ꝛ calefit a pte non repassa ipsius a que dicatur d. tunc calor et frigus erunt in c parte repassa. ¶ Non aūt valet dicere (sicut dicit q̄dam) q̄ in hoc casu b agit in c: ꝛ q̄ b introducit aliquā frigiditatem (ꝓut ly introducit facit terminū stare cōfuse tm̄) tamen nullaz frigiditatem introducit. ¶ Aliter (ꝛ philosophice dicit) respondet q̄ in hoc casu totaliter sicut frigiditas introducit a b: ita coꝛrumpitur a d: ꝛ ideo frigiditas habet hic naturaz pure successiui: sicut em̄ motus nulle due partes diuisim̄ ꝑducte simul manent: sed vnaquēq; sicut ꝓducitur ita coꝛrūpitur. Sic est hic de frigiditate q̄ in producēdo sicut producitur ita coꝛrumpitur: ꝛ ideo nulli duo gradus nec aliqua virtus intēsionis simul sunt in subiecto eo q̄ partes ꝓius genite non manēt cuz partibus posterius genitis. ¶ Neutra istarū solutionum sufficit. si em̄ repassum nullā frigiditatem ꝓducit in a agens principale: nihil in ipsum producit: ꝛ sic non reagit. ¶ Insuper nō satisfacit experientijs: carbo em̄ ignitus in paruo igne denigratur per appositionē magni pomi ꝛ frigidi vel ꝑ appositionem pluriū (vt intueri possumus) ergo opz dicere ibi plures esse gradus frigiditatis in carbone extincto: potissimū cum ipse ponat cōpossibilitatem qualitatū contrariarū: ꝛ vbi latitudo non completur in vna forma ponuntur gradus alterius forme ad complementū. ¶ Potest dici q̄ agens in agendo repatit ad hunc sensum: quia minus agit in cōspectu sui cōtrarij: non q̄ aliqua pars agentis repatiat̄ suscipiendo qualitatē illius passi. ¶ Sed contra hoc arguit sic. quando pomū ponitur in ignē calefit: ꝛ coꝛrūpit partem ignis vicinam: videm⁹ em̄ carbonem pomo vicinū denigratum: ꝛ hoc non esset nisi qz frigiditas ꝛ humiditas pomi reagit. Jdē potest ostendi per guttam aque frigide cadentem sup carbonem ignitū. ¶ Iste rationes nō vincūt: qz illud nō fit a frigore: aqua em̄ calida vel pomū calefactū hoc facit: sed est ꝑ tea qz erant exhalationes ignite i poꝛis illius ptis que non poterant habere exitū obingressum illi⁹ partis aque: ita q̄ ille exhalationes cogūtur igredi illos poꝛos. Hec valet experientia de ferro calefacto in aquam misso q̄ aqua calefiat ꝛ ferrū frigefiat. ¶ Potest em̄ dici q̄ ferrum ignitum non calefacit illam aquam frigidam: licet enim aqua appareat esse calida tamen non est. In ferro enim ignito erant alique exhaltationes que appetunt ascendere sursum: ꝛ qz non possunt facile diuidere aquam ꝓ tēpoꝛe manent cōmixte aque: ꝛ sic apparet aqua realiter frigida ꝛ calida. ¶ Secundo dicit: q̄ caliditas ferri coꝛrūpit frigiditatez aque sed frigiditas aque non coꝛrūpit frigiditatem ferri. ferrum enim in fine apparet frigidū: quia aqua ingressa poꝛos ipsius ferri ꝓhibet ne amplius possent eleuari exhalationes in illis poꝛis ferri inclusē: ꝛ sic coꝛrūpitur calor ferri. Et q̄ ita sit ꝓ3: quia eodem modo frigefiet i aqua calida: sic etiā ignis extingueret in fornace bene clausa: in quam aer non ingredit. Propterea facientes carbones ligneos relinquunt vnam discoperturam: vt ignis non extinguatur: ¶ Sed cōtra dices: non solum erant exhalationes ignite incluse in poꝛis ferri: ſz et ipsum ferrum erat calidum. Modo aqua calida illum calorem nō coꝛrumpit: ergo ferrū i aqua calida manebit calidum: ꝛ in aqua frigida erit frigidum. ergo calor ꝛ frigus erunt simul in eodem

subiecto. Non dubitamus quin vnum agens potest agere in aliquod passum per vnā qualitatē illi calori nō ꝛrariā: vt puta humiditas aque ꝛ siccitatē ignis. ¶ Si dicas: pomū frigidum frigefacit manū ꝛ calefit ab eadē. ¶ Hoc negatur: frigiditas em̄ pomi coꝛrumpit aliquē calorem manus: ꝛ postea trāsmittitur multum caloris naturalis vt calor coꝛrumpat frigiditatem pomi: ꝛ tunc frigiditas pomi nihil agit in illum calorem. Et eodē modo de glacie vel niue in manu inclusa dicat: ꝛ forte aliqua coꝛpuscula pomi ꝛgrediuntur poꝛos manus ꝛ ipsa non est realiter frigida. ¶ Sed ꝓtra istud arguitur: vel istud coꝛpus frigidū est alicuius actiuitatis vel nullius: secundum non est dicendū: quia tunc nullū frigidū ageret in quodcūq; calidum: si alicuius actiuitatis sit: tunc stat calorem esse minoris resistentie: modo ab omni ꝓportiōe maioris inequalitatis fit actio. vi. phy sicoꝝ. Ꝙ non inꝯeniat (immo q̄ vez est). q̄ calor sit maioris actiuitatis q̄ frigus ꝛ minoris resistentie q̄ frigus ꝓbatur sic: quia alioquin nō videtur modus possibilis de actione ꝛ reactione per mediū: ꝛ q̄ aliqua pars passi repatiatur contra Aristotelem ꝛ ꝓmentatorē ꝑmo de generatiōe: vbi dicit Arist: q̄ omne agēs in agendo repatit: ꝛ ꝓmētator tertio physicoꝝ ꝓmēto. xvij. dicat q̄ omne agēs cōmunicās in materia in agendo repatitur. ꝛ ille est cōmunis modus in philosophia. ¶ Insuper aliquid patitur q̄ non agit: ꝛ aliqd agit quod nō patitur: ergo nō incōuenit dare eandē qualitatem que agat ꝛ patiatur: que tamen magis agat q̄ patiatur: ꝛ cōtra. ¶ Hoc ipsum probatur experimentis. homo em̄ aquā frigidam multo tēpoꝛe sustinet in manu sine lesione: ꝛ nō ebullientem: ꝛ hoc non nisi calor esset frigoꝛe actiuioꝛ: humiditas etiam sensibilius ꝛ in breuioꝛi tēpoꝛe humiectat q̄ siccitas desiccat: aqua em̄ nō desiccatur sensibiliter: qz humiditas ꝛ siccitas sunt maioris resistentie q̄ calor ꝛ frigus: ꝓ3 scōm Aristotelē. ij. de generatione ꝛ quarto meteoroꝝ: qualitatuz ꝓmaꝝ due sunt actiue sc̃z caliditas ꝛ frigiditas: ꝛ due passiue hūiditas ꝛ siccitas: ꝛ facilius curatur lapsus ad humidum in coꝛpoꝛe sanabili q̄ lapsus ad siccum: ꝛ facilius mouent coꝛpoꝛa sicca per coꝛpoꝛa humida q̄ econuerso: difficilius etiam frigida calefiunt q̄ calida frigefiant: patet de aqua calida que cito infrigidatur ꝛ nō cito calefit ꝛ de manu. Exsibilabis modū Laurētianū vndecimo capite ꝓmi libri qui negat siccitatem esse qualitatem: dicat em̄ q̄ est ꝓuatio ꝛ solū carētia humiditatis. inscite inquit traditur a phȳsicis esse in coꝛporibus nostris quattuoꝛ humoꝛes. ¶ Et ista tenēdo patent alique. ¶ Pꝛimo q̄ in qualitatib⁹ ꝓmis duplex est latitudo: sc̃z actiuitatis ꝛ resistētie: ꝛ vtraq; illaꝝ latitudinum quadrifariā scinditur in actiuitate inchoādo a caliditate frigiditate humiditate vl siccitate: in resistentia ecōtrario. ¶ Secundo ꝓ3: q̄ conueniētissime a deo hoc ordinatū est vt ignis maxime actiuitatis minime esset resistentie: ne alia coꝛrūperet. Laurentius dicit si vna pars vnius elemēti aliā alterius coꝛrūperet ita esset vacuū vel penetratio coꝛpoꝛū. gratiose certe disputat. ¶ Tertio ꝓ3 q̄ ꝛz hec actiuitas ignis sit maioꝛ actiuitas q̄ sit resistētia: tñ nō est res maioꝛ cum vna ꝛ eadē res nūero sit actiuitas ꝛ resistētia. potētia actiua ꝛ resistitiua. ¶ Quarto ꝓ3 q̄ licet resistentia caloris sit vt octo gradus tñ solū resistentie vt quattuoꝛ: ꝓ3 si actiuitas signet 8. octo ꝛ resistētia subdupla: ita resistentia est octo gradus. Nō ꝓ3: qz hec actiuitas est octo gradus: ꝛ hec actiuitas est hec resistentia. igit. ¶ Si ponas q̄ diminuant ille latitudines vniformiter: iam quando erūt quattuoꝛ gradus actiuitat; nullus erit gradus resistentie. ¶ Respondet: nō est possibile q̄ vniformiter remittant sed bene eque ꝓportionabiliter: sicut homines dicere solent de euidentia ꝓmissaꝝ et conclusionis. ¶ Quinto ꝓ3 q̄ male dicūt frigiditatem esse tāte actiuitatis quāte resistētie: ꝛ ita in alijs qualitatib⁹ ꝛ male saluāt aliqui reactionē: q̄ totum reagit in partē totius: qa hz dominiū sup illā partez.
¶ Hoc nō valet: qz si paꝝ frigoris agat in partē huius parui ignis aget in totum ignē categoꝛematice.
¶ Jtē pars magis resistit in suo toto q̄ extra suum totū, qz iuuatur a reliquis partibus circūstantibus.
¶ Insuper hac via nō esset dabile ita parū frigus quin ageret in maximū calorē: q̄ est inconueniēs: ꝓ3 quia si pars in toto nō sit maioris actiuitatis q̄ separata iam infinite parue resistētie dabit vna pars totius. ¶ Possumus q̄ dicere q̄ omne agens in agendo repatit a suo cōtrario: dum modo eius contrariū sit actiuum ꝛ eius actiuitas excuperet resistentiā agētis ꝑncipalis, ꝛ ipm̄ agens fuerit in sphera actiuitatis ipsius passi. Stat em̄ passum eē infra spherā actiuitatis ipsius agētis q̄ agēs nō erit infra sphēram actiuitatis ipsi⁹ passi: ꝛ tūc ad punctū argumēti quo ꝓbat q̄ idem mediū mouerez motibus ꝛrijs: similiter q̄ c pars repassa simul calefiet ꝛ frigefiet: vtrūq; negat. Coꝛpus em̄ frigidū ꝑducit ꝑspecies frigiditatis ad a calidū vsq; ꝛ coꝛp⁹ calidū producit ꝑspecies vel calorem ad b passum vsq; : ꝑspecies frigoris ipsius b passi coꝛrumpunt calorē vnius partis agētis sc̃z c licet nō sit ꝓtrarietas formalis inter ꝑspecies frigoris ꝛ caloꝛē nec inter ꝑspecies caloris ꝛ frigoris quēadmodum est de ꝑspecibus albedinis et nigredinis: tamen est virtualis contrarietas inter ꝑspecies frigoris ꝛ calorem: sicut inter formā substātialem aque ꝛ caloꝛē: vel sicut inter lumen ꝛ frig⁹. Modo ꝑspecies frigoris reflectunt ab a calido ꝛ si multū vniunt illic coꝛrumpūt caloꝛē c partis: ꝛ sic nec est ꝓtrarietas in medio nec in c parte rapassa. ¶ Sed ꝓtra hoc arguitur: d pars non repassa agit in b passum modo omne agens naturale foꝛtius agit in ꝓpinquum q̄ in distans: ſcdo de anima: ergo si d pars agat in b passuz impediet ꝑspecies frigoris producere frigus c in partem: ꝛ si frigus esset ꝑductū remitteret ꝛ eradicaret.
¶ Respōdet ꝓcedendo q̄ omne agēs naturale foꝛtius agit in ꝓpinquum q̄ in distans ceteris paribus: modo hic cetera sunt imparia: ꝑspecies em̄ frigoris ꝑpe coꝛpus calidū reperiunt ꝓtrarietatē ꝛ vnuntur ꝛ fortificant per antiparistasim: sicut generatur ignis in radijs vnitis in speculo concauo ꝛ reflexis nō aūt in alio loco ꝓpe coꝛpus luminosuz. similiter media regio aeris est frigidioꝛ in estate q̄ i hyeme. Nō patet: qz generant grādines in estate ꝛ non hyeme. vt ꝓ3. ij. meteoroꝝ. hic caueme ere calidioꝛes in hyeme sunt q̄ in estate. ꝛ secūdū hypocratē aphorismo xv. particula ꝓma: ventres ꝛ vina calidioꝛes sunt in hyeme q̄ in estate: ꝛ sic cetera sunt ꝑparia. d pars non repassa continue agit in b passum ipsum ei assimilando quoad ipsum attenuabit sic q̄ non potest reagere: ꝛ tūc coꝛrūpit frigus in c partē repassam et ipsam ei assimilat. ¶ Sed contra hoc arguitur: ꝑspecies albedinis nō producunt albedinē: g̃ nec ꝑspecies caloris caloꝛem. ¶ Ulterius d pars nō repassa erat ita fortis a ꝓncipio sicut nūc: g̃ si ante nō coꝛrūpebat frig⁹ c partis repasse: neq; nūc. ¶ Respondet q̄

argumentū nō est maioris ponderis: q̄ si dicere s a bedo nō producit albedinē: ergo neq; calor calorez. deus em̄ qualitatib⁹ actiuis dedit istrumēta ad eas supplēdas ⁊ producendas: nō aūt aliis: hoc partim ratione partim experientia cōstat. ¶ Ad aliud conceditur q̄ d erat potēs sicut nūc: sed b passum manu tenuit species suas ⁊ d nō poterat agere. Ētiā dicit q̄ talis est natura agentis vt prius reducat passum ad impossibilitatē reactionis q̄ restituat se pristine integritati. ¶ Undecimo arguit sic: idē ascēdit ⁊ nō ascēdit in eodē tpe scōm qualibet partē sui naturaliter. ergo ⁊c. añs pt3. prosciat faba sursum cui occurrit molaris tunc faba quiescit in pūcto reflexionis. q3 omne q̄d reflectit in puncto reflexionis quiescit: octauo physicoꝝ: sed nō quiescat sed ꝓtinuo descēdat cū primū molari obuiat: patet: q̄a alioquin nō ab omni proportiōe maioris inequalitatis fieret actio q̄d est falsum. ¶ Respōdetur negādo añs: ⁊ ad ꝓbationez dz q̄ faba per nullū tēpus ꝛpzie quiescit: sed quiescit quiete improprie dicta: hoc est instantanea: instans em̄ ꝓtactus est primū instans nō esse motus sursum: cum eius nō datur vltimū instās esse: ⁊ est vltimum instans nō esse illius mot⁹ deorsum. Aristoteles itel ligit q̄ detur temp⁹ mediū si fuerit reflexio ab intrinseco. ⁊ hoc pt3 si quis prosciat graue sursum cui⁹ resistētia intrinseca sit vt duo ⁊ mediū resistat vt vnuz virtus impressa ab impellēte mouēs sursum vt q̄nq; ille lapis continuo mouetur sursum donec illa virtus remittatur ad tria: tūc cum virtus erit vt tria lapis quiescet: q̄n tūc resistētia intrinseca ⁊ extrinseca erūt equalis potentie ⁊ nō statim incipiet descendere: q̄a tunc virt⁹ vt tria resistit ne fiat motus deorsum ⁊ medium resistit vt vnū: erit ergo resistentia vt quattuor ne fiat mot⁹ deorsum mouēs erit solum vt duo. ⁊ cuz nō fiat actio a proportiōe minoris inequalitatis op3 virtutē vt tria remitti ad vnum: vt incipiat lapis iste descēdere: sed latitudo vtutis a tribus ad vnū vsq; non pōt deperdi subito: ergo deperdetur in tpe i quo graue datum quiescet: ⁊ hoc innuebat philosophus. ¶ Sed dices sol mouet ab oriēte ⁊ occidēte in eodē tempore: ⁊ illi motus ꝓtrariātur. Respondet q̄ cum illi motus sunt sup diuersos polos (super polos mūdi ab oriente ad occidentē versus describēdo equatorem: ⁊ ab occidēte oriētē versus super polos zodiaci) non ꝓtrariantur. ¶ Duodecimo arguit de musca ascēdente super lanceam descendentē: tā musca ascēdit ⁊ descendit: ⁊ tanta est repugnantia q̄ idem ꝓscēdat ⁊ descendat sicut q̄ qualitates ꝓtrarie se compatiunt. igitur. ¶ Simile potest fieri de cera cui⁹ vna medietas descēdit p rarefactionē: ⁊ alia ascendit celum versus: ⁊ de hoie in naui currēte qui oriētē versus currit naui ꝓtra mota. ¶ Respōdet negando q̄ musca ascēdat ⁊ descēdat. vel em̄ musca magis appropinquat celo ⁊ tūc ascēdit simpliciter: vel ecōuerso ⁊ tunc descēdit. si equaliter nec descēdit nec ascendit: nō curamus de corpore q̄ potest eē motū extra vniuersuz bene tamē pōt ascēdere in respectu lācce. Ascendere simpliciter est plus a ꝓpinquare celo: oppositō mō descēdere. si cera magis lucret sursum q̄ deorsum ꝓscendit simpliciter: si contra descēdit: si equaliter nec ascēdit nec descendit copulatiue: bene est ascendēs ⁊ descēdens copulatim: q̄a hoc ascendens ⁊ hoc descēdēs demōstrādo duas medietates eiuz. Dic potest solui argumētū de illo qui mouetur in nauī vel em̄ est magis in oriēte q̄ erat a principio vel nō: vel equaliter. Si primū: mouet ad oriētē simpliciter. licet ad occidentē respectu nauis. si secundū mouetur simpliciter ad occidentē: si tertiū nec mouetur ad orientē nec ad occidentē: nec aliam differētiā positionis versus nec currit: quēadmodū: hō mouēs membra ꝓtinuo in eodem loco nō currit: vt patet de tōdente canabem, vel linum: bene em̄ fatigatur ac si curreret: nō tñ currit. ¶ Si lancea quinq; vlnarū habeat vnū extremū in cētro ⁊ ipz penetret semp descēdit lancea quo ad medietas lācee tāgat cētrū terre: q̄a semp magis recedit a superficie cōcaua celi: sed si posthoc ꝓtinue moueat semp ascendit. ¶ Pōt esse difficultas de angelo qui potest esse in loco decē pedum q̄ forte pōt se retrahere circa centrū sui loci manendo simpliciter in vno pedali: an tunc pōt ꝓscendere ⁊ descēdere. ¶ Sed pōt solui p illud q̄d dictū est de rarefactōe cere q̄n ita foret: sed nō est omnino idē q̄a cera scōm varias partes mouetur sursum ⁊ deorsum: ⁊ angelus non habet partes: sed nūc nō insisto. ¶ Sed dices: tunc aliquid quiescat cui⁹ quelibet medietas mouetur: ptz de cera cui⁹ vna medietas ascēdit ⁊ reliqua descēdit: cētro illius equaliter distante a centro mundi tūc hec cera non ascēdit simpliciter: supposito q̄ vna pars tantū ascēdat quātum altera descēdit: nec mouetur hec cera totalis ad occidentē orientē vel ad aliā differentiā positiōis versus. Cōtra si concedas: arguitur sic. hec medietas mouet: ⁊ illa medietas mouet: ergo hec due medietates mouētur: ⁊ he due medietates sunt hec cera: ꝯ hec cera mouetur. ¶ Si dicas (sicut dicēdū est) q̄ añs est nulla: q̄ oportet ꝓcludere hec cera est partes mote: sed cera quiescit simpliciter a motu deorsuz: ⁊ quiescit simpliciter a motu sursum. nec sequit vna medietas illius cere mouetur deorsum simpliciter: ergo hec totalis cera: altera em̄ medietas tantū impedit. sicut non sequitur: hec medietas huius corporis est alba: ꝯ hoc corpus est album. ¶ Si dicas: hic binarius mouetur hic binarius est hec cera: ergo hec cera mouetur: vt de predicatum maioris a ipsum inferas in conclusione a illatio est optima ⁊ semp reperies conclusionem concedendam vel maiorē falsam cum conclusione. si em̄ in maiore intelligas res mota: iam maiorem inficis. Si intelligas motus binarius: tūc conclusio hoc modo inferendo cōceditur. ¶ Ex hoc soluere potes casum glebe descēdentis ad centrum remoto ꝓhibente q̄ ipsa nō quiescit donec centrū eius sit centrū mundi: q̄ vna pars ascēdat reliqua descendente: sed infinitū tarde talis gleba descēdit: quando vna centesima pars est extra centruz illa cogitur ascendere sursum ab alijs ⁊ resistit ⁊ cum post cōtinue erit maior pars ex altera parte cētri continuo erit maior resistentia.

¶ Distinctionis decimeseptime quest. xiij.

TAlia est positio tenens q̄ qualitates contrarie nō se cōpatiantur in gradibus intēsis sed bene in remissis: hoc est summa caliditas nullum gradum frigoris secum cōpatitur: nec summum frigus aliquem gradum caloris secum compatitur: signetur tota latitudo vnius forme in octo gradibus vel in decem: palam est q̄ habet statum naturaliter. Ignis enim tantum caloris ꝓducit in aquam aliquo certo tempore: quantum vnq̄ postea ꝓducet: diuidatur ille calor in octo partes equales iam numerus octonarius complectitur totam latitudinem: et cum octo sint numerus pariter par: contenti illa diuisione maneamus. ¶ Vult hec opinio dicere q̄ vbi sunt quatuor gradus caloris totidem sunt frigoris: vt in contrarijs tot sunt grad⁹ quot in summa latitudine forme. ¶ Quo fit q̄ sex gradus caloris vnuz gradum frigoris: ⁊ sex gradus caloris duos frigoris: ⁊ quattuor gradus caloris quattuor gradus frigoris ꝓpatiunt. sed vij. grad⁹ caloris repugnāt duob⁹ gradib⁹ frigoris: ⁊ cuilibet frigiditati vltra vnū gradum: ita q̄ si aliquod cor⁹ habeat quattuor gradus caloris ⁊ totidē frigoris: illud cor⁹ nō est calidū ⁊ frigidum copulatiue: sicut scutū cui⁹ vna medietas est calida ⁊ alia frigida: illa caliditas nō sufficit denoiare subiectum calidum ꝓpter impedimētū ꝓtrariū. ¶ Sed cōplementū huius latitudinis non debet intelligi in qualitatibus spiritualibus: imo hanc opinionē fouētes dicūt q̄ sciētia q̄tuncūq; remissa nō ꝓpatitur opinionē q̄tālibet circa idē obiectum ꝓpinquū. nec vniuersaliter illud verū habet in qualitatib⁹ corporalibus: ptz de aere calido citra summū: primo em̄ de generatione q̄libet elemētoꝝ habet vnā qualitatez in summo: ⁊ aliā citra summū. Propterea opinio quaz improbare quidā videtur primo de generatōe q̄ aer ex natura sua nullos hz gradus frigiditatis est rationabilis: ⁊ illius opinio preter rōnem: cū em̄ Aristotel es quolibet elemētoꝝ in sua naturali dispositione existentiū ponat solū duas qualitates primas habere: op3 dicere ergo aerem in sua dispositione nullum habere frigus: ⁊ sic nō op3 q̄libet cōpositū habere tot gradus quot sunt in latitudie summa: sufficit em̄ q̄ nulla sit incōpossibilitas caloris citra summū cuz aliquo frigore q̄tum est ex parte illaꝝ qualitatū. Sz quādo aliq3 agens determinat se ad aliquos grad⁹ citra summū (vt de caliditate aeris nūc dictū est) nō est ostituēda tota latitudo. ¶ Sed ꝓtra istā positionem arguit sic: alique qualitates ꝓtrarie nō se cōpatiuntur: ergo nulle. añs est bona (licet arguatur a nō distributo ad distributū) q̄a equa est rō in oibus. añs pt3: nā sciētia ⁊ opinio nō se ꝓpatiūtur: vt pt3 quarto metaphysice. ¶ Confirmat: q̄a in qualitatib⁹ corporalib⁹ albedo ⁊ nigredo nō se ꝓpatiūtur in q̄buscū q3 gradibus: ⁊ coloꝝ medij nō erūt ꝓpositi ex extremis: viriditas em̄ nō est ꝓposita ex albedine ⁊ nigredine: quia sic purpureus color ⁊ aluraus color essent eiusdē speciei: q̄d est preter rōnem. ¶ Respondetur negādo añam: nō est idem in spiritualibus ⁊ corporalibus: nec hoc est ponderandū ab aduersarijs: cū ipi dicant cuicūq; repugnat vn⁹ gradus caloris eidem repugnāt oēs: ⁊ tamē hoc nō op3 in qualitatib⁹ spiritualibus (vt in questione precedēti dictū est de dilectione sortis ⁊ odio platonis) ⁊ hoc debet eis sufficere pro isto argumēto. nec Aristoteles quarto metaphysice vult ꝓbare opiniōes cōtradictoriaꝝ incompossibiles: eo q̄ sunt ꝓtrarie absolute. ¶ Ad secūdū respōdet: q̄ licet aliqui existimēt coloꝝ medios cē ꝓfatos realiter ex extremis. Illud tñ simpliciter negam⁹: sicut est de qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis. Ad hoc est ratio a posteriori ꝓpter rōnes apparētes cōcludentes vnū: ⁊ probabiliter inferētes aliud q̄d est absonū. ¶ Secūdo arguitur a quodā doctore sic. caliditas vt sex ⁊ frigiditas vt duo in varijs corporib⁹ nō se cōpatiunt: ergo nec in eodē corpore: ⁊ per cōsequens inter eas est repugnātia. añia tenet: q̄a ita bene applicat ipsi ad agendum in eodē corpore sicut in alijs varijs corporibus. Modo est ꝓportio maioris inequalitatis iter caloꝝ vt sex ⁊ frig⁹ vt duo. ¶ Tertio arguit iste sic: vel caliditas ⁊ frigiditas in quibuscūq; gradibus se cōpatiuntur: vel in aliquib⁹ ⁊ in aliquibus non. nō primū vt ptz ex dictis. si secundū: signet caliditas a: que secum ꝓpatitur frigiditatē b: quero vel a precise ꝓpatitur secū b: ita q̄ nunq̄ compatit secū maiorē nec minorē vel secū cōpatit maiorem ⁊ minorē vel maiorē ⁊ non minorē vel minorem ⁊ nō maiorem. Si precise secū cōpatitur b ita q̄ nec maiorem nec minorē: sequitur q̄ si caliditas a intenderetur nō remitteret frigiditas b: quia iam si remitteretur a secum ꝓpateretur frigiditatē minorem. Et codē modo ptz q̄ si remitteret caliditas a: nō intenderetur frigiditas b: q̄a secū ꝓpateret maiorē: vtrūq; tñ illatū est cōtra dicta: facile aūt est alia mēbra prosequi. ¶ Respōdet ad scōm: ꝓcedēdo añs: negando añam: q̄a bene verū est q̄ ꝓportio maioris inequalitatis: nullū em̄ agēs naturale intēdit aliq̄d corrūpere nisi vt aliud generet: modo calor vt sex nō intēdit producere vnum gradū caloris in ppriū passum: cuz tunc ageret vltra gradum sue propie perfectionis: ⁊ per cōsequēs nullum gradum frigoris corrumpit. Eodem modo si esset frigiditas vt duo cum caliditate vt sex in alio subiecto: nullū gradum frigoris corrumperet: nō em̄ existit sola contrarietas ad agendum: sed cū hoc exigitur q̄ agens sit aptum natū producere suū effectū in tale passum taliter dispositum. ¶ Ad alid argumētū (q̄d plurissime deducit doctor iste) de forluio dicit q̄ sufficit vnū verbū: ⁊ certe ego miror: quare sic ad longum deduxit q̄a regens in preparationibus diuisset. ptz. nullus est in eo color ptz ex dictis q̄ calor vt quattuor ꝓpatit frigus vt quattuor ⁊ aliquem gradū minorē: quia partē illius gradus. Sed si loquaris de totali forma: calor vt quattuor patitur secū frigus vt quattuor adequate naturaliter: ⁊ hoc si capiamus totam latitudinē terminatam in octo. Si teneamus denariū numerū (sicut q̄dam tenent) calor vt q̄nq; compatitur frigus vt q̄nq; ⁊ semper intelligo q̄tum est ex parte qualitatuz. Superius diximus caliditatem aeris intēsam vt sex stare sine frigore: sic stat dare terram frigidam citra summum sine caliditate: ⁊ ita proportionabiliter de alijs qualitatibus elemētoꝝ citra summū. ¶ Tertio arguitur sic: si cōtraria simul possent esse in eodē: in eodē potest esse simul duricies ⁊ mollities: ⁊ sic idē erit molle ⁊ durum: sed hoc consequēs est falsum: sicundo em̄ de generatōe. durū est quod nō facile cedit ꝓximēti: ⁊ molle q̄d facile cedit ꝓximēti. ¶ Cōfirmat: q̄ btūs Augustin⁹ in enchiridio cap. xvij. dicit: nullus cibus simul dulcis est ⁊ amarus: nullū corpus vbi albū ibi nigrum est: ⁊ ita deducit in omnibus contrarijs. Sic dicit q̄ regula dialecticoꝝ in bono ⁊ in malo deficit. ¶ Ad primū istoꝝ respondetur q̄ non quelibet duricies denominat corpus durum vel molle: sicut dictum est de albedine et nigredine. ¶ Ad aliud pōt similiter dici q̄ nullus cibus simul dulcis est ⁊ amarus. Non em̄ quilibet gradus dulcedinis sufficit denominare subiectū dulce. ¶ Quarto arguitur sic: Aristoteles in pdicamētis capitulo de q̄titate dicit q̄ nihil est quod videat cōtraria sustinere: ⁊ substātia susceptibilis contrarioꝝ esse videtur. sed nō suscipit in vno ⁊ eodem tempore nam nullus simul sanus ⁊ eger: albus ⁊ niger: ⁊ infert: nihilq; aliud contraria sustinet. Et per hoc tangit per medium notum probat magnuz ⁊ parvum nō esse contraria: quia idem simul potest esse magnum ⁊ parvum. Et primo physicoꝝ textu commenti vigesimi vbi dicit contra anaxagoram ponentem vnū contrariū fieri ex altero: q̄ ꝓtraria possunt esse in eo-

Parsilius

Gregorius

Thomas Buridan⁹.

dem in potentia sed nō in actu. ¶ Insuper cōtrarie tas est a tota specie.ꝛ. metaphysice. ¶ Ad primum istorū potest dici q loquitur de terminis cōtrarijs vt ptz de istis terminis magnū ⁊ paruū: q̄ sunt relatiue opposita modo oppositio relatiua conuenit termis. ¶ Ad istud primi phyſicorū (qō videt multū expres sum cōtra hāc positionem) cōceditur q contraria nō sunt simul: voluit enī dicere q gradus remissi nō sunt qualitates cōtrarie: modo Anaxagoras posuit qōlibet in quolibet: ergo posuit intensum calorem cū intenso frigore. ¶ Ad illud decimi metaphysice dicit q est a tota specie cū tali intēsione graduali. ¶ Pōt esse argumētum q qualitates ꝓtrarie possunt esse in eodē subiecto simul: vt denotetur simultas potentie ⁊ non potentia simultatis: ⁊ licet cōcedatur in sensu diuiso: nō tamē oportet illam cōcedere in sensu composito in terminis pluralis numeri. ¶ Quidam doctor ⁊ aliqui ante eū ꝓtra istā positionē disputarunt: tenētes priorē positionē: sed eor argumēta possunt solui ex dictis. ¶ Cōparās istas duas positiones mutuo iudico priore veriorē ⁊ magis cōformē mēti philosophi ⁊ beati Augustini. Qualitates enī cōtrarie spirituales in nullis gradibus se cōpatiuntur (vt sanior tenet positio) ⁊ expresse. iiij. metaphysice. ꝓbat Aristoteles opiniōes cōtrarias nō posse ie ꝓpari: eo q sunt ꝓtraria: ptz ꝓsiderāti literā: licet superius tergiuersatio data est q nō esset de cōtrarietate in primi. Similiter qualitates nō actiue ⁊ passiue vt albedo ⁊ nigredo pugnāt in quibuscūq gradibus (vt sanior tenet modus opinandi) argumētū aūt nullū est alicuius pōderis ꝓtra priorē positionē: argumentus enī illud de actione ⁊ reactione equaliter morder cōtra vtrāq: vt patet de parte repassa. ¶ Hūc descēdo ad modū Simplicij: occasione cuius hās duas opiniones instituto necessarias premisimus. ¶ Ex his liquet q ille modus dicēdi nō valet vtrobiq: qa ptz multe sunt qualitates nō habentes ꝓtraria vt de lumine: visione ⁊ ceteris id genus ꝓstat: hoc ipsum liquet in qualitatibus nō actiuis nec passiuis corporalibus vt de albedine ⁊ nigredine. Hoc etiā patet de scientia ⁊ opinione ꝓtrarijs q̄ nō permiscent: ergo in illis nō potest saluari intensio forme illo modo. Etiā magis ꝑbabile est q nō se cōpatiuntur ꝓtrarie qualitates in gradib⁹ q̄tuncūq remissis: sed hoc nō cōcludit aliū modū esse inopinabilē. ¶ Sed dubiū est in quo sensu vir iste cepit: qa hoc pōt habere multos sensus q intensio forme fit p hoc q vnū ꝓtrariorum minus vocet suo ꝓtrario. Uno enī modo pōt intelligi sic q caliditas vel queuis alia forma intēditur quia habet ꝓtrariū corporale actiuū ipsa non aucta per hoc q ipsa purgat o suo ꝓtrario: ⁊ tunc cōdēnabis insolubiliter duas positiones ꝑcedentes de intēsione forme hunc modū eradicabis. Si intelligas q forma intendit per hoc q minus miscet suo ꝓtrario: hoc est ipsa intendit ad corruptionē sui ꝓtrarij: ⁊ ille sensus est probabilis ⁊ secūdo de celo ⁊ mundo nemo est dānandus gratis: ⁊ nō debemus ferre sententiam parte oppositā nō citata: hunc modū impresentiarū relinquo.

¶ Distinctiōis decimeseptime questio. xiiij.

SEquitur quarta opinio de intensione quā solam credo esse veram: propterea q̄to plus ſitatis videt habere tanta plus ei adherendū est. Cōtra hūc modū sūt aliqua argumēta difficilis euacuationis sed sophisti-

Adam.

ce ꝓtra hanc viā: qm̄ circūspectus respondens argumenta que pre se ferre videnť aliqd difficultatis potest in ipsum arguētem retorquere. ¶ Et ꝓ isto modo imprimis aliquas ponā ꝓclusiones. Prima est: aliqua forma successiue intendit sic sc̄z q forma sequēs manet cū precedēti. ptz: q̄ aliquis est modus deintēsione forme ⁊ nullus est modus precedēs sufficiens nec videt alius ab isto. igit. ¶ Insuper q̄tum auget per additionē q̄ti: ergo forma intēditur per additionem forme. Et q ista intensio fiat successiue ꝓbat: experimur enī q si quis ponat digitū vel totū corp⁹ ad ignē nō caleret tantū in principio quantū in fine: ⁊ hoc durat p tempus. igitur ille calor successiue intenditur: ⁊ nouus calor introducitur. ptz: q̄ digitus non magis calefit per eundem calorē in fine q̄ a principio. ¶ Secūda ꝓclusio. quelibet res pure successiua incipiēs esse incipit per primū instās sui esse ante qō cuiuslibet partis ei⁹ aliqua pars fuit. prima pars ꝓbatur: quia da oppositū alicuius ⁊ sit a: capio totum tempus in quo a producitur. ⁊ sit b. capio instās terminatiū illius temporis: ⁊ quero an hec res successiua est in illo an non. si primū: habeo propositū. si nō sit: ergo aliquid eius restat producendum: ⁊ per cōsequēs non signasti totale tempus productionis ei⁹. Eodem modo argumētabor si signes aliquod instās ante hoc. Secunda pars est ante illud instās: cuiuslibet enī partis eius ⁊liqua pars prefuit. probat: qa si alicuius partis eius nulla pars prefuit: ergo illa acquirebatur subito: ⁊ sic nō est res pure successiua de qua loquimur. Nō dixi q quelibet pars ei⁹ fuit ante hoc instans: qa illud esset falsum: medietas enī vltimo producta nō fuit ante hoc instans: nisi vadas ad tempus terminatū ad hoc instans. Sed de hoc nunc nihil loquimur: vtimur enī modo cōmuni ⁊ hoc est dictu sub alijs verbis: quelibet res pure partibiliter producta habet primū instās esse incōpletum: sed nō cōpletū. ¶ Primū instās completum est instās in quo res primo est ⁊ nihil eius prius fuit. ¶ Incompletū quando aliquid eius prius fuit. ¶ Tertia conclusio: rei permanētis successiue corrumpēde datur primū instans non esse incompletum: patet signādo temp⁹ adequatū corruptiōis eius querendo an est in instāti terminate illud tempus an non. Si secūdum habetur ꝓpositum. si vero sit aliquod aliud instās precedens vel sequēs non dedisti tempus adequatū corruptionis eius. Q̄ sit primū iustans incompletum: patet: qa immediate ante hoc aliqua pars ei⁹ prefuit: cuiuslibet enī partis eius aliqua pars non fuit: patet ascendēdo sub termino partis: cū aliqua pars stet cōfuse tantū. ¶ Ex isto liquet q est primū instās non esse completum: quando secundū se ⁊ quodlibet sui nūc primo nō est. ¶ Ex illo sequitur q nulla res talis habet vltimū sui (de instanti completo loquor) probato ptz ex dictis in incipit ⁊ desinit. ¶ Quarta conclusio. aliqua res pure impartibiliter producitur que nō habet primū instās sui esse: ptz de angelo producto immediate post aliū in quadragesimasexta distinctione quarti. ⁊ in exponibilibus: talis enī incipit esse per vltimū instās sui nō esse. Sed de re que subito producitur ꝓ nunc nō loquor: sed de re que ꝓducitur per motū ꝓprie dictū: quare nūc nō sto in his q̄ partim subito partim per motū ꝓducuntur: vt de minimo naturali caloris ⁊ reliqua parte partibiliter producta contingit. ¶ Ex istis ptz q non datur primus intensim esse per motum: sed vltimū non intensum esse. ¶ Secūdo patet: q quando aliqua forma partibiliter producitur nihil producitur in instanti: licet in instanti determinato forma producta est.

Burleus.

¶ Cōtra predictas cōclusiones arguētor: primo sic: nulla forma intēditur: ergo cōclusiones presuppōnūt falsum. patet assumptū: q̄ nec forma precedens intēditur: cū additur ei alia forma nō manet eadem: nec sequēs: nec agregatū ex his: q̄ nihil eis addit de mōstrādo totū aggregatū. ¶ Et cōfirmatur: q̄ tūc duo accidētia solū numero differētia inhererēt eidē: qd est cōtra Aristotelē q̄nto metaphysice. ¶ Ad primū dicitur q hec: forma intēdit de vi vocis est falsa. Similiter hec est falsa: forma suscipit magis ⁊ min⁹: sue capiat in sensu copulatiuo siue in sensu copulato. Sed est vera ad hūc sensum q aggregatū ex forma precedēte ⁊ sequēti est maius q̄ sit precedēs. ¶ Cōfirmatio intelligitur nisi faciant aliqd vnū. Non enī valet qd dicit Gregorius q hoc est verū in corporalibus ⁊ nō in spiritualibus: quia illo dato tollit viam probandi intensionē scientie ⁊ actuum et habituum eiusdem speciei anime inherentium: ergo istud debet teneri vtrobiq. ¶ Secundo arguētatur quidam sic. Si intēsio fieret per additionē grad⁹ ad gradum tūc naturaliter eēt aliqua forma infinite intēsa: hoc est inconueniens/et reprobatum ab Aristotele tertio phyſicorū ⁊ primo de celo et mundo: ergo et antecedens. ꝓbat ꝓñam: quia corpus luminosum ꝓducit lumen in instanti in aliqua intensione graduali: et in quolibet instanti sequenti est tante actiuitatis quāte in primo: ergo si in primo producit ⁊ in quolibet instāti de nouo aliquid: et in quolibet tempore quātumlibet paruo sunt infinita instantia: ergo producit infinitum lumen. ¶ Insuper remissio forme non fit per deperditionē gradus a gradu: ergo nec intensio per additionem gradus ad gradum: cōsequentia tenet: quia paritis est ratio. añs patet: sint per te quattuor vel octo gradus caloris in aqua qui successiue corrumpuntur a forma subſtātiali aque: tūc sic. illa forma est equaliter applicata omnibus gradibus: cum sint penetratiue simul: ergo eque cito corrūpet oēs illos gradus: omne enī agens equaliter agit in duo passa equaliter approximata. Nō autē valet currere ad gradum vltimo productū q primo corrumpatur: quia minus radicatur in subiecto. vel ad primū: quia hoc videtur voluntariū. et si omnes gradus fuissent producti in eodē instanti quid fieret? ¶ Ad primum dicitur (vt in predicamētis diximus) q hoc argumētum occidit dñm: quia scōm Burleum intēsio forme fit per recessum a non gradu: ⁊ si in quolibet instanti producatur vnus gradus: ⁊ aduenīente secūdo primus corrumpitur et aduenīente tertio secūdus corrumpitur: erit infinita forma: qm̄ dabitur gradus infinite distans a nō gradu. infinitas enī secūdum eum non attēditur per infinitas partes equales huic vel isti datas. manet itaq argumētū soluēdū pro vtroq. Si dicas. non respiciendum est ad formas subito productas: sed ad formas productas in tempore: et videre quātum est de forma ꝓductum in illo paruo tempore: ⁊ si sint infinite tales partes/forma est infinite intensa: Tunc das mihi analogiam in promptu q continuum componitur ex punctis. ¶ Ad secundum dicitur q prouenit a determinatione prime cause: causa enī secūda determinationē prime cause insequitur. Et oportet aduersarios paucis terminis mutatis in eodem argumento taliter respōdere. patet: q̄ qm̄ ignis produxit duos gradus caloris successiue: quero quare agēs prius introducit hunc gradum

¶ Aliqui nōiales putāt se soluere argumētū p hoc q̄ sortes ⁊ paternitas nō sunt due res: sed sunt vna et eadē res: sed hoc nihil est. totū eīm est sue partes p eos: ergo sortes ⁊ paternitas sunt due res: tres res. Et quia hoc argumētum achillem reputant ostenditur q̄ argumētum est sophisticum ad probādum eorum intētum: ⁊ q̄ equaliter concludit contra eos sicut pro eis. accipiā eīm maiorē in qua confidunt. appono hanc minorem illi maiori: sortes ⁊ hoc sedens sunt huiusmodi: igitur. Nō euitat propositum negādo sortem ⁊ hāc rem esse plures res: dato q̄ teneat totum tertia entitas more aliquorū realium. potest idem pondus seruari in singulari numero vel paulo mutatis terminis. Et hoc argumētū est eis necessarium soluere: quo soluto eluit eorum argumentum si ipsi probent hoc est ⁊ hoc non est esse veras/demōstrando paternitatē in affirmatiua et sortem in negatiua iustam causam haberent. Sed hoc non possunt ꝓbare. Ista eīm est falsa: hec paternitas est post mortē filioꝝ: sed hoc est demōstrādo illud quod ante erat paternitas: quēadmodū de sorte ⁊ sorte albo: ⁊ de sorte ⁊ sorte sedēte ꝓtigit. ¶ Forte dices q̄ hac via pōt tueri materiā et formam esse idē principiū. et intēsionē forme nō fieri per additionē gradualem. ¶ Respōdetur q̄ cōsequētia est nulla: licet eīm diffinitiuū sit in multis ꝓbare multa distingui que fortassis sunt distincta: si argues voluerit vti illa maiori ad efficaciter concludendam distinctionem rerum cuestigio cōtra seipsum multa differre cōperiet que identificantur. ¶ Secundo arguitur. vel similitudo sortis albi ad platonem album est relatio inherens albedini sortis: vel est ipsa albedo: vel aliquid aliud: si primū: ꝓpositū. nihil eīm aliud dare potes ab albedine sortis ⁊ sorte. ¶ Sed dices (sicut dicendū est a nominali) q̄ similitudo sortis ad platonē est ipa albedo que realiter sorti inheret: qua denominatur sortes similis platoni. ¶ Contra hoc arguitur ponēdo eīm q̄ sortes ⁊ plato nūc sint albi vt quattuor: ite̅ datur albedo sortis ad octo nō intēsa albedine platonis: tunc sic. hec albedo intēditur: hec albedo est similitudo sortis ad platonem: q̄ similitudo sortis ad platonē intēditur. cōclusio est falsa. ergo aliqua p̄missarum: ⁊ non maior: ergo minor. ¶ Item tunc sequeretur q̄ similitudo esset dissimilitudo. quia sortes albus est dissimilis ethiopi nigro: ⁊ queritur de illa dissimilitudine? ¶ Respondetur concedendo cōclusionem argumenti: scz q̄ similitudo sortis ad platonem intenditur. ¶ Secunda propositio. nō intēditur similitudo sortis ad platonem. patet: q̄ continuo fiunt minus similes. ¶ Tertia propositio. similitudo sortis ad platonem intendit q̄n remittitur similitudo sortꝭ ad platonē. Et si ponat infinita albedo in sorte successiue genita: hoc nō fortificat argumētū. adhuc cōcedit cōclusio. sunt aliqliter similes. Si dicas nullā similitudinē esse inter infinitam albedinem ⁊ finitā. Iam falsificas tuam minorem: scilcet q̄ hec albedo est similitudo sortis ad platonē. Si petas an ꝓportionabiliter remittitur similitudo sicut intēditur albedo? Hoc est impertinens ponderi argumenti. petatur eadem questio ab arguente: ⁊ respōsione rationabili habita facile est loqui cōsequēter: sicut in vno simili communiter dici solet: opinio augetur: ⁊ remittitur formido. ¶ Ad aliud: cōceditur q̄ similitudo est dissimilitudo: sicut oportet eos concedere dissimilitudinem et similitudinem eidem fundamento inherere. Nec sequitur: hec albedo est dissimilitudo sortis ad ethiopem: ergo nō est similitudo. nec cōtrarie opponuntur illi termini: ⁊ sic concedit q̄ propinquitas est res alteri propinqua: ⁊ distātia est res ab alia distās. ¶ Et si ponas q̄ a cera augeat: ⁊ b ei semp ap propinquet magis/hec ꝓpiquitas est maior: hec propinquitas est hec distantia: q̄ hec distātia est maior. si eīm bene syllogisas oīa sunt peruia. Nā q̄ro q̄d capis p substātiuo termini maioris an terminū ꝓpinquitas/an terminū res: tūc cōcludere oportebit in pdusiōe/hec distātia est maior ꝓpinqtas vel maior res: q̄ est verum in tuo casu: sed nō aliud potes colligere in cōclusiōe q̄ in p̄missis seminasti. ¶ Tertio arguitur sic. vnio distinguitur ab humanitate vnita a verbo diuino: ⁊ nō est res absoluta: sed solum respect⁹ extrinsecus adueniens. igit. Q; nō sit vlla res absoluta patet: q̄ neq̄ substātia neq̄ accidēs: q̄ oppositio dato sequitur q̄ erit aliqua substātia vel aliquod accidēs absolutum in humanitate xp̄i: quod vel quę nō erit in alio homine. quod nō est dicendum. assumptū ptz. nūc eīm verū est dicere vnio nature humane ad verbum est: ⁊ si verbū non assumeret hypostatice illam naturam humanā falsum esset dicere q̄ illa vnio esset: nam naturaliter loquendo oīno impossibile est contradictoria successiue verificari de eodē nisi propter deperditionem antique rei vel acquisitionē noue: sed nulla res absoluta antiqua deperditur: ergo aliqua noua res acquirit. ¶ Propter hoc argumentum quidam doctor cōmuniter relationes negans in earum concessionem incidit. solutiones quas dare consueuerat ad relationes intrinsecus aduenientes relationibus extrinsecus aduenientibus sufficiunt. Hoc argumentū est apud multos magni ponderis: sed hoc pondus oāginem capit ab assuefactiōe auctorum citius q̄ a ratione. ꝓpterea dicit q̄ interdū verificantur contradictoria sine acquisitione alicuius entitatis per solum motum localē: vt hec res est circulus: hec res non est circulus: eadē re demōstrata: interdū sine motu locali: vt hoc est album hoc nō est album. supposito q̄ albedo maneat ita presens subiecto quod erat album sicut antea: sed non ihe reat: iam hoc non est album: ⁊ nulla est mutatio localis. Similiter iste est dilectus a deo: iste non ē dilectus a deo: sine aliquo dono creato. Nego q̄ sit vna relatio extrinsecus adueniēs que dicit vnio humane nature inherens: sed vnio humane nature passiua nihil aliō est q̄ ipsa natura humana vnita. Iste terminus vnio passiua pro humana natura supponit: connotando q̄ hypostatice ꝟbo diuino vniat. inter duo illa vnio non desinit esse entia. vnio aīe ad materiā inter duo non definebat cē: sz desinebat esse inter duo. nec est etiam credendum

Gregor⁹.

sicut putat quidam doctor q̄ christus tūc desierat esse. existimat eīm ipse q̄ christus est aggregatum ex diuinitate et hūanitate: sicut anima rationalis et caro vnus est hō. Hoc autē est falsum: q̄ tunc christus non esset deus nec creatura. termin⁹ christus vtrāq̄ naturam denotat. sed in recto pro secūda persona in diuinis supponit: connotando q̄ naturam humanam assumat hypostatice. ⁊ q̄ tūc inter duo nō fuit assumpta vera humanitas: illo tūc non erat christus: deficiebat ꝓnotatio termini positiui: ⁊ per ꝓsequens eius suppositio. Et hoc apō cōmuniter loquentes. Quidam tenet q̄ in triduo

Adam.

erat christus. Idē enim est christus ⁊ vnct⁹ ab anima. hoc est solum certare de termino ⁊ nulla ē difficultas ob quam recedendum est a cōmuni modo loquēdi. Illa comparatio athanasij non dicit omnimodam similitudinem: sed aliqualem que ē hec. Nam sicut anima rationalis ⁊ caro requirūtur ad esse hominis: sic humanitas ⁊ verbum requirūtur ad esse christi. ¶ Ex quo patet q̄ non loquitur cōsequenter ad modum beati athanasij: sed discrimen est i hoc q̄ homo supponit pro aggregato ex anima ⁊ corpore: christus autem pro sola persona in diuinis. modo christus fuit ab eterno: quod non potest competere termino supponenti pro illo aggregato. Joannis. viij. anteq̄ abrahā fieret ego sum. ⁊ ad hebreos. iij. christus iesus heri ⁊ hodie: ipe ⁊ in secula. ¶ Bzanardinus arguit in tractatu de proportionibus in regula illa vbi dicitur: p portiones sunt equales quarum denominationes sunt equales: vt capt; duabus lineis inequalib⁹. puta bipedali ⁊ pedali/ vtraq̄ habet equales pro portionem ad suam medietatem: quia denominatio eadem puta dupla. ⁊ tamē sunt inequales quātitates: ergo proportio illarum linearum distinguitur ab ipsis lineis. ¶ Argumentum nullius ē momenti. ¶ Quarto arguitur. ꝓmentator tertio physicorum commento secūdo dicit. q̄ relatio est vna dispositio inter duo que admicē referunt. ⁊ q̄ est quoddam interuallū inter illa. Et. v. physicorum. relatio aduenit: ⁊ acquiritur alicui: ⁊ sine mutatione illius. ⁊ duodecimo metaphysice Cōmē. nono dicit q̄ relatio inter oīa predicamenta est eē debiliozis. ¶ Ad primum dicitur. non vult Cōmentator dicere q̄ distantia est in medio illarū rerum: sz supponit pro vna illarum rerum cōnotando habitudinem vnius ad aliam. ¶ Ad secundum conceditur q̄ non oportet aliquid mutari propter inceptionem verificationis dicibilis de predicamento relationis quod verificatur de ipso. eadez res sine mutatione sui nunc est dextra nūc sinistra propter mutationē alterius rei. ⁊ nunc est similitudo nunc dissimilitudo ꝓpter similem qualitatē vel dissimilem in alio extremo. ꝓpterea non est motus ad relationē: tamen ad relationē est per se motus vt alij solent dicere. ¶ Ad tertium respōdetur q̄ hoc est distinguendum. vel si intelligatur ista entitas est minor re absoluta. ⁊ sic negatur: sed quia requirit habitudo in ordine ad aliud vocatur esse debilius. hoc est ad hoc q̄ dicibile de predicamento relationis dicatur de aliquo requiritur habitudo in ordine ad aliud: ⁊ sic pater filium connotat. Et tiā secūdum Cōmentatorem ꝓmento octogesimooctauo: entium quedam sunt completa in quorū esse nihil facit anima: alia incompleta: vt de tempore contigit. Tempus enim est vera res extra animam: sed non denominabitur tempus secundum multos nisi ab anima. Alique relationes habēt talem denominationem ab anima: vt secunde intētiones que extenso termino relationes dicuntur. Relatio est accidens: ⁊ accidit substantie secunde intentionaliter capiendo accidens. Et interduz capitur pro contingenter predicari: vt quinto de trinitate capitulo quinto ⁊ capitulo septimo a beato Augustino. aliqua relatio est accidens prime intentionaliter. soli aūt termini ponuntur in predicamento: ⁊ non res significate per terminos. hec omnia lucida sunt ex artibus: ꝓpterea transeo. ¶ Ecce duos modos oppositos relationum q̄bus aristotelez q̄libet mitif sibi flectere. auctoritates nisi exp̄esse fuerint possunt in alterutram partem flecti ad modum nasi cerei. Litius arbitror philosophū tenuisse istum modum quem nōiales insequuntur: ⁊ cuz hoc q̄ non est petenda pluralitas sine necessitate: incassum est multiplicare res sine ratione. ratiōes aūt aduersariorum nō sunt magni ponderis: quarum potiores in medium adducrim⁹: faciliores ꝓpter facilitatem ꝓsulto reliquimus. propterea cū secluſa affectione rationi apparentiori sit inniten dum hunc modum amplectimur. ¶ A quibus ista distinctio rerum cepit exordium me legisse nō memini. Quidam doctor quinto metaphysice dicit. Simplicium multipharian instituisse ad improbādas istas relationes: ⁊ dicit illas eē fortissimas rationes stoicorum. Quidam alius in prima parte q̄stione. xxvi. dicit Gilbertum porritanum dixisse istas relatiōes nō eē inherētes sz coexistētes. Forte a Gilberto porritano ꝓmū habuerunt p̄ncipiū

doctor subtilis.

Beat⁹ thomas.

¶ Post supradicta vlterius considerari atq̄ subtiliter inqri oportet. Vtrū ꝓpetates.

¶ Distinct. xxxiij. ⁊ xxxiiij. questio vnica.

Circa distinctiones trigesimātertiā ⁊ trigesimāquartā. Queritur vtrum i deo p̄sona vel proprietas psonalis distinguat ab essentia diuina seu deitati ꝓmuni psonarum aliquo modo ex natura rei seu circūscripta omni operatione anime. ¶ Respondet per duas conclusiones. ¶ Prima conclusio ē. essētia diuina non distinguitur a persona vel personis in diuinis. Probatio: q̄ bene sequitur: essentia diuina distinguitur a persona: ergo essentia diuina non est persona: ab exponibili copulatiue ad altēram eius exponentem. consequens est falsum: ergo et antecedens. Oppositum antecedentz est cōclusio posita. falsitas consequentis patet extra de summa trinitate ⁊ fide catholica ca. damnamus.

¶Secunda ꝓclusio:ista predicatio non est formalis:essentia est pater.capio formale vt tantum valeat quantū in ꝑmo mō dicendi per se:quia sic aliqui vtuntur vocabulo:conclusio est clara:nunc̄ ei terminus vni⁹ predicamenti predicatur quidditatiue ei essentialiter de termino alteri⁹ predicamēti:immo nec̄ essentialiter nisi fuerit differētia magis ꝓprie dicta:quod in proposito nō contingit. pater aūt est de predicamento ad aliquid seu relationis:ꝛ essentia non est de illo predicamento.Sicut eī̄ dicimus in aliꝫ:iste nō sunt formales predicatiōes:pater ē animal:similitudo est qualitas licet eadem res sit pater ꝛ animal:similitudo ꝛ q̄litas secundū modum loquendi Augustini quinto de trinitate dicentis:ꝙ nullum illorum que relatiue dicuntur dicitur secundum substantiam.nec tamen omne tale dicitur secundum accidens:vt patet illic cap.quinto.Et septimo de trinitate capitulo quarto.dicit:ꝙ aliud est deum esse et patrem esse.Et anselmus in libro de processione spiritus sancti cap.ij.dicit.non est enim inquit idem deum esse qđ est esse patrē aut filiū:ꝛ q̄ hec est formalis homo est aīal ideo dicitur ꝙ eē homiñ est eē aīal.

Gregori⁹. ¶De talib⁹:pater formaliꝫ est deitas:qdā distinguunt penes sensum ꝓpositum ꝛ diuisum. Iꝫ istō nō videaī logicum nec cōprincipijs medaliuꝫ nec est quenientia in terminis. Pater formaliter est deus in sensu composito est falsa.sensus eī̄ huius est:hec est formalis pater est deus:siue in ꝑmo mō dicendi ꝙ se quod idē est: qđ liquet esse falsuꝫ. In sensu diuiso illa est ṽa:ꝙ illā autē non denotaī ꝙ sua de inesse sit in ꝑmo modo ꝙscitatis: capiēdo ꝓ de inesse terminos reliquos dempto modo:ſꝫ sufficit ꝙ p̄dicatio in qua idē predicatū p̄dicatur de pronomine demonstrante illud ꝓ quo subiectuꝫ supponit est formalis: naꝫ demōstrato eo ꝓ quo supponit:hec est formalis:hoc est deitas.Et in simili patet intelligenti logicam.album est aīal:nō est quidditatiua:ꝛ tamen signato albo demonstrato hec est quidditatiua:hoc est animal. ¶Contra primam ꝓclusionem arguitur sic.de quibuscūq; verificantur p̄dicata contradictoria(si quodlibꝫ est res)sunt distincte res:sed de patre ꝛ essentia verificantur duo contradictoria: verificatur enim de patre ꝙ generat ꝛ de essentia verificaī ꝙ non generat:vt patet in capitulo allegato dānam⁹.ꝛ cōstat ꝙ tam pater q̄ essentia est res:ergo essentia ꝛ pater sunt distincte res.maior est euidens. nā alias sequeretur ꝙ de aliquibus ꝓ eodem omnino supponētibus verificarenī ꝓtradictoria predicata:ꝛ per consequens ꝓtradictoria aliqua erunt simul vera:qđ est impossibile. ¶Rndeī ꝙ si maior intelligaī ꝙ de quibuscūq; ꝛc.illa sunt res distincte inī se:ita ꝙ res q̄ ē vna nō est alia: ꝑpositio est flā: nec ꝓtradictoria verificabūtur de eodem licet nō sit distinctio vnius rei ab alia:tū nō est omnino idē nec est quertibilitas inter illos terminos. Vel sic. illa maior est vera quando illa de quibus ꝛificantur ꝓtradictoria sunt ad inuicem res distincte. p̄dicationes aūt huius modi non sunt ꝓtradictorie nec eas inferentes: ipossibile eī̄ est ꝓtradictoria esse vera de quibuscunq; extremis fuerit: cum autem ex tali verificatione predicatorum contradictoriorum non sequitur aliquas predicatiōes esse veras posito ꝙ illa ꝓ quibus verificanī non sūt res distincte adinuicez: tunc ex tali verificatione non necessario arguitur res esse distinctas: nec ex talibus predicationibus illa maioꝛ verum hꝫ:ꝛ ratio est:qz finalis ꝓbatio illius resoluitur ad hoc ꝙ ꝓtradictoria sunt vera:sed ꝓpositiones in quibus verificantur illa predicata non sunt ꝓtradictorie. qī̄ pater ꝛ essentia diuina non sunt termini synonymi.nec tales ꝓpositiones inferunt ꝓtradictorias vt patuit superius distinctionib⁹ quarta ꝛ quinta:vbi specialem mentionez de ꝓtradictoriis fecimus in diuinis.Nec sequiī ꝙ tūc perit oīs via probandi aliqua esse adinuicē distincta:qz ꝑ possibilitatē separationis vni⁹ ab alio ꝛ corruptionis cum ꝙstantia alterius vt de materia ꝛ forma probauit Aristoteles ꝑmo physicoꝛ:reperitur mod⁹ distinguendi res. ¶Scōo arguiī sic. hec essentia est ex natura rei formaliter ifinita ꝛ necesse eē: ꝓpetas ex se non est necesse esse:nec formaliter infinita ꝑ essentia ꝛ ꝓprietas ex natura rei Distinguntur.ꝑma pars ancedens; cōiter ꝓcediī:ꝛ scōa ꝓbatur. qz si sic in diuinis essent tria ifinita ꝛ tria necesse esse:ꝓtra illud athanasiꝫ in symbolo:nō tres imensi sed vnus imensus. ¶Preterea essentia ē pfectio simpliciter ꝛm Anselmū mono.xv. ꝓprietas nō ē pfectio simpliciter:alioquin cuilibet pſone diuine aliqua pfectio simpliciter deesset:et sic nulla esset summe perfecta. ¶Ad ꝑmum istoꝝ nego ꝙ ꝓprietas non est necesse esse nec formaliter ifinita accipiendo ꝓprietatē ꝑ persona ipsa.ꝛ qñ infers: tūc essent tria infinita esse et necesse esse.si intelligas ꝙ sunt tres persone quarū quelibet est infinita ꝛ necesse esse concediī:tñ nō sequiī ꝙ sunt tres diuinitates. Sicut in simili. sunt tres persone quarum q̄libet est deus:nō tamē ꝓpterea sequitur ꝙ sunt tres dij:sicut Augustin⁹ dicit.vij.de trini.ca. vi. ¶Ad aliud dicitur ꝙ quelibet ꝓprietas est pfectio simpliciter:qz ipsa est deitas. Quis eī̄ potest vocare distinctionem formalem inter aliquas quando sic se habent ꝙ supponunt ꝓ eodē singulari;ꝛ aliquid dicitur de vno qđ non dicitur de alio ꝛ contra. Sed de hoc nō est vis:qz nomina significant ad placitū:sed non propterea ponenda est aliqua formalitas distincta a re ipsa. ¶Ex his patet cum suffragio dictoꝝ de relationibus distinctione.xxx.ꝙ sapientia ꝛ paternitas non sunt termini synonymi. ¶Scōo ꝓz ꝙ sapientia dei est paternitas dei:iustitia dei est misericordia dei. sed ꝓpter aliā ꝛ aliā ad creaturas habitudinē deo simplicit indiuisibili alia ꝛ alia predicata attribuimus.

¶Cumq; supra disseruerimus ac plura diſſerimus de his que communiter secundū.

¶Distinctionis.xxxv.questio vnica.

Irca istā trigesimā quintā distictionem in q̄ magister icipit tractare de notitia quā de⁹ habet de creaturis. Querīr an in lumine naturali ponē dū est deū aliud a se itelligere. Lōmentatoꝛ.xij.metaphysice ꝑmento li.dicit hanc q̄stionē esse nobilissimā omniū q̄ sunt de deo:ꝛ desideratā ob oībus. ¶Similiter ꝛ chal dei valde pscrutati sunt de ea. ¶Circa hoc aristoteles ꝛ eius Lōmentatoꝛ.xij. metaphysice posuerunt tres ꝓclusiones. ¶Prima est:de⁹ est substātia itellectualis ꝙ actu itelligēs. Probaī. deus

est ens omniū dignissimū ꝛ nobilissimū:hoc aūt nō esset si nō esset intelligens:aut semper actu intelligens.vñ si non intelligat quidvtiq; erit i signe aut venerabile:sed se habeat vt sit dozmiēs. ¶Scōa ꝓclusio.sua substantia est sua intellectio. Probat philosophus quia alioquin perficeretur per intellectionē superadditam. ¶Tertia conclusio.deus nihil aliud a se intelligit. ¶Ad hanc ꝓclusionem recitabimus rationes Aristotelis et ei⁹ Lōmentatoꝛis. ¶Ad titulū questionis pono tres ꝓclusiones:due ꝑme sunt aristotelis: tertia ꝓtradictoria tertie Aristotelis ꝛ Lōmentatoꝛis. ¶Probatur tertia conclusio sic.sequens rationē naturalem ponit deuꝫ intelligere:ꝛ hoc rationabiliter:qñ noīe dei intellexerūt sapientes oēs ens optimū ꝛ nobilissimum:cuius nobilitatē nō possumus cognoscere nisi ex his que nobis innotescūt. Et qz nos iudicamus res cognoscentes perfectiores rebus non cognoscentibus.vt ptz.xij.metaphysice cap.xiij ꝛ.xv.De trinita.cap.iiij. Et iudicamus ea esse perfectiora q̄ plura cognoscunt:vt patet inducendo i aīalibus:ideo debem⁹ illud deo attribuere ꝙ plura cognoscat. ¶Non valet dicere cū Lōmentatore ꝓmento.li.sufficit ꝙ cognoscat aliquid quod est quodāmodo omnia:qz deus est oīa causaliꝫ ꝛ eminenter. Unde ꝑmento.xxiij.eiusdem.xij.forma ꝑmi mouētis est quodāmodo oēs forme. ¶Sꝫ hoc nō sufficit.qz ratio non probat deum esse nobilissimū nisi cognoscat alia a se. ¶Argumentum Aristote.contra compedoclē.iij.metaphysice ꝑmento. xv.ꝛ ꝑmo de aīa ꝑmento.lxxx.redit in argumentē ꝙ deus est insipientissimus. ¶Scōo deus cognoscit ozbē quē rotat:alioquin non vniformiter rotaret. ¶Et confirmaī:in oīm gentiuꝫ cordibus scriptum est implorare auxiliū diuinū:ꝛ hoc frustra fieret si ipē nō cognosceret:igiī. Quomodo eī̄ de⁹ cēt solicitus circa nos si nullaten⁹ nos cognoscat:certe nō video. Uel circa nos sit sollicit⁹:patz.xij.metaphysice ꝑmento.xxxvij. ꝛ scōo celi ꝑmēto.xxxiij. ꝛ ꝑmo economicoꝛ:sic ꝓvidiata fuit a deo vtraq; natura masculi ꝛ femine ad cōicationem. ¶Ulterius miseretur eis: scōo de aīa ꝑmēto xxxiij. ꝛ alia cōcedit nō de necessitate : scōo celi commēto. xxxiij. ꝛ dat prophetiā.patz in libello de somno ꝛ vigilia. ¶Indubie nō ꝓduceret oꝛare deū si nō intelligat p̄ces nr̄as. pinde eī̄ est sicut helias thesbites illusit sacerdotib⁹ baal tertij regū.xvi.Inq̄ens clamate voce maioꝛe:de⁹ ei̇ est: ꝛ forsitā loqī aut in diuersorio est:aut i itinere:aut certe dormit vt excitef. Immo excitari nō posset a stentoꝛe homerico. ¶Tñ auerroys quinto colliget in fine imploraī auxiliū dei:vt queniat ad vltimam pfectionē que beatitudo sempiterna appellatur.ꝛ.x.ethi coꝝ.Deus gaudet de eo qui nititur sibi assimilari. qđ exponēs Lōmentatoꝛ ait: dign⁹ est ergo vt benefaciat eis q̄ amāt ipꝫ plus.ꝛ vt honorificet eos ꝛ visitet eos sicut dispositio amici cū amico. ista inferūt deū cognoscere suos amicos. qūo eī̄ aliter posſit eos visitare ꝛ honorare. Uideī certe ꝙ multū ꝓbabiliter ex dictis Aristotelꝫ ꝛ Lōmētatoris ꝛ ab eis concessis in bona ꝓfia iferatur ꝓtradictoria tertie conclusionis ab eis posite.sicut interdum alij latenter construunt in suis libris pugnantia. ¶Preterea multi sunt effectus in istis inferioribus quoꝝ causas inuenire est impossibile nisi habendo recursum ad causalitatez prime cause libere causantis:vt pote quare est ꝙ sperma viri vꝫ virtus seminalis disponit materiā vniformē in ptes diformes vt ex vna parte fiat os ex alia caro:sanguis:vel medulla.ratio nulla dari pt. Propterea apud galenū scōo creticoꝝ capite secundo vocatur virtus diuina. qđ ꝑz apud magistrū sententiarum dist xviij.de rationibus seminalib⁹. Nō possumus dare causam quare vnus gradus formе remittiī ante aliū vel producitur añ alium:nisi eundo ad recursum ꝛ libertatē prime cause. ¶Amplius apud plurimos expertuꝫ est plurimos plurima futura predixisse ꝛ ita euenisse:ꝛ quosdā habuisse vera somnia de futuris ꝛ etiā quosdā habuisse notitiā interpretandi somnia atq; prophetias iterp̄tatione indigentes. Et istud non soluꝫ ꝙstat apud sacras historias:ſꝫ etiā ethnicoꝝ scripta: ptz apd Lōmentatoꝛē in eius tractatu de somno ꝛ vigilia ꝛ de portentis apud grecos/persas/medos:et romanos ꝛ hester.xvi.hoc tenēt iudi. vbi ꝺz dei quoq; cūcta cernētis arbitranf se posse fugere sententiam. ¶Preterea deus est vniuersi toti⁹ princeps ꝛ rector dignissimus:ḡ intelligit aliud a se. Antecedens patet ꝑ Aristotelem ꝛ Lōmentatoꝛē. xij. metaphysice.ꝑia patet: quia nō latet eū ipm esse dim vniuersi.nec ignoraī suū principatū. Que eī̄ nobilitas esset principare vniuerso:ꝛ hoc non intelligere. Esset certe perinde ac si vnus infans esset rex vnius regni:ꝛ hoc eum lateret. ¶Ampli⁹ sequereī ꝙ ille qui minus intelligit eēt melioꝛ i hoc ꝙ pauca intelligit:q̄ ille qui plura intelligit.patz qz magis quenit cū deo solum seipsum cognoscente:hoc aūt est ridiculū:igitur. ¶Amplius cū cerus quēlibet militez sui exercitus ꝓprio nomine saluauerit sine doctore ertrinseco:ꝛ mithridates xxij.gentiū quibus impabat linguas cognouerit: qūo est illud negādum deo. ¶Dicimus ꝓptereā philosophū ꝛ eius Lōmentatoꝛē in hoc non locutos probabiliter:nec cōformiter ad sua principia. ¶Sed ꝓtra istam conclusionem arguitur sic.vꝫ deus cognoscit distincte oīa possibilia ꝛ existētia vel nō.Si scōz:pari ratione nihil aliud a se intelligit. Si primū.tunc intelligit quālibet partē continui distincte.Sed probo ꝙ non.vꝫ eius cognitio sistit ad diuisibile:ꝛ sic non cognoscit distincte quodlibꝫ vel si ad indiuisibile: ḡ ꝓtinuū componitur ex punctis. ¶Ad istud concedo ꝙ quālibet partem continui distincte videt deus:ꝛ ad quālibet partē terminatur obiectiue:ꝛ infinities ifinitas partes cognoscit: sed q̄libꝫ pars cognita est diuisibilis.quālibet eī̄ partē ꝓportionalē a continui de⁹ distincte intuetur.ꝛ rursus diuidendo quālibet partē ꝑportionalem in alias partes ꝓportionales.ꝛ quālibet earꝫ rursum infinities.quālibet istarū distincte cognoscit ꝛ earū distinctionē videt:ꝛ quelibet pars cognita est diuisibilis in infinitas partes.sicut in infinitum parua est aliqua pars huius continui ꝛ nulla ps est minima:ita in infinitū paruam partē deus cognoscit:ꝛ quelibet pars cognita est diuisibilis. Et distinguo ꝙ notitia dei terminetur vel obiectiue ꝛ sic concedo.ꝛ semp in parte diuisibili continui: semper loquimur de cognitione partium puri continui. Uel terminetur sic ꝙ detur vltima cognita.et hoc non.quālibet enim partē vni co actu qui est ipse deus ab eterno cognouit:opi-

nor etiã a iam christi quamlibet partẽ continui distincte cognoscere. ¶Et sicut non datur minima ps in continuo nõ cognoscit minimam. non potest tamen quãlibet partẽ distincte cognitam a qualibet alia separare: quia quelibet illarum esset imparti-bilis. ¶Quod probo: qz data vna illaꝝ partium: vel illa habet tres tertias: ꝛ cẽtũ cẽtesimas: et tũc nõ quelibet distincte cognita est separata ab alia. ¶Et licet quidaꝫ doctor dicat se tenuisse in quadã respõsione publica q̃ sic: nõ tñ recitauit an baccalaurei ꝓtenti abierant. semper eñ remanet questio an q̃libet remanet diuisibilis an indiuisibilis: non scꝫ illud reputat impossibile: vt ptz in suo secundo. p̃mum indubie includit contradictionẽ. Apud me non est tamen inopinabile naturaliter loquẽdo: q̃ continuũ componiꝫ ex punctis. ¶Et rationes huiꝰ ꝛ aliorꝫ alibi eluere curabimus. Sed qz tenebrose loquitur põt dici q̃ tenuit q̃ quelibet ps est separata scõm cognitionem: sed certe nihil noui tenuit: qz illud a quolibet theologo ꝓcediꝫ. ¶Secũdo arguiꝫ: si deus cognoscit quodlibet ꝛ omnia eodẽ modo: ꝛ omnia p̃dicata dicibilia de ipsis: q̃ cognoscit complexe. ¶Hoc argumentũ nullũ est. concedit eñ q̃ licet deus sit simplex in essentia tñ cõplexe cognoscit: sicut nõ improbabile est q̃ mentalis sit simplex notitia ꝛ ꝓplexe significat: ꝛ sic deꝰ est grãmaticus: logicꝰ: rhetor: geometra: cognoscit q̃ sup lineã datã ꝓtingit triangulũ equilateꝝ collocare: ꝛ q̃ obliquꝰ in fronte rectus in medio ꝛ verbum in calce oratoris est locandũ. ꝛ non ꝓtra. et sic aliqua grammatica est logica realiter. ¶Ulterius ptz q̃ deus est notitia apprehẽsiua falsi ꝛ impossibilis. non tñ est iudicatiua notitia falsi. Hoc nihil aliud est dictu q̃ deum apprehendere falsuꝫ Etiã in apprehensione non iudiciaria nõ consistit deceptio: secus est in iudicio. Hꝫ tñ aliquã ꝓuenit etiam cũ notitia abstractiua que est respectu absẽtium: sic eñ deꝰ absentia intuetur sicut p̃tia: ꝛ sic ꝓuenit cũ notitia intuitiua nra: nõ est syllogismus sophisticꝰ vt sonat in malã partẽ/nec cognitio vniuersalis hoc modo lꝫ repꝛesentet specifice singulariter: ꝛ discretissime sib ipsi. ¶Hũc rñdetur ad rationes ꝓmentatoris quarũ multe sunt faciles. nec est opus ad illas respondere. ¶Et arguit primo. si intelligeret alia a se: tũc sua substantia non esset intellectio eiusdẽ: sed erit potentia per quã fit intellectio. ¶Ad hoc dicitur consequentiam eẽ nullam. ¶Secundo sic arguit: quia tunc aliquid esset nobilius deo quod est falsum. patet consequentia: quia intellectuꝫ est perfectio intelligentis scilicet causaliter. quia causat in intelligente suam perfectionem que est intellectio. omne autem tale inq̃tum huiusmodi perfectius est illo. ¶Prima consequentia est nulla. ¶Et ad probationem: dico q̃ non habet veritatem de intelligente cuius intellectio non distinguitur a sua substantia qualis est deus. ¶Item anima intelligit muscam que est anima impfectioꝛ. ¶Tertio arguit. quia tunc non esset independẽs et non indigẽs alia re: qz intellectus dependet ab itellecto. ¶Negatur ꝓña. ¶Quarto sequitur q̃ deus patitur et mouetur ab alio. ¶Nego ꝓñam. nihil enim in se recipit. ¶Quinto: tunc sua intellectio non esset nobilissima: ꝛ cum sua perfectio sit in intelligendo non esset nobilissimus quod est contra primam cõclusionem. consequentia probatur. quia itellectio rei vilis non est nobilis: sed vilis. ¶Et ideo apud nos melis est non meditari de talibus q̃ meditari. et non videre q̃ videre. ¶Fateor hec ratio aliquid apparentie hꝫ. ¶Ad quintũ nego ꝓñam. licꝫ sit vile occupare intellectum circa vilia vbi intellectus impeditur ab intelligentia nobiliorũ: aut per intelligentiam vilium quis inducitur ad peccãdum: vbi tñ neutrum contingeret hoc non esset vile. ¶Sexto arguit Cõmentatoꝛ: qz si intelligeret alia aut vli tñ: aut ꝛticulari: nõ ī vli: quia talis itellectio est impefecta: et impotẽtia. Hec in particulari: qz particularia sunt infinita. ꝛ infinita nulla scientia determinantur. ergo non cognoscit singularia distincte et in particulari. ¶Respondetur q̃ non inconuenit rem infinite perfectionis intelligere infinita distincte. ¶Sed dices: tunc emerguntee dem difficultates philosopho de immutabilitate dei de futuris contingẽtibus sicut nobis. ¶Hoc conceditur. ¶Et si dicas: cognoscere duo distincte arguit maiorem perfectionem q̃ cognoscere vnũ ꝛ sic consequenter conscendendo: ergo est infiniti vigoris si cognoscat infinita: quod tamen philosophus et Commentatoꝛ negarent. ¶In primis dicitur q̃ argumentum multiꝫ ꝓbabiliter ad hoc deducit q̃ deus est infiniti vigoris: non stando in hoc q̃ ipsi illud negarent. ¶Secũdo dicitur q̃ cõsequentia non est euidens: quia sic multi theologi dicunt animam christi cognoscere omnia per eundem actum: qui primo tendit in deũ ꝛ secundario in creaturas infinitas. ¶Item arguitur adhuc sic. deus nescit adhuc istam: hec est nescita a deo; demonstrat se: et illa est vera. ergo deus non scit omne verum. ¶Q; illa sit vera patꝫ. vel deꝰ scit ita esse sicut per illam significatur vel non. Si primũ cum per eam significetur q̃ ipsa est nescita a deo: ergo ita est q̃ ipsa est nescita a deo. Si dicas secũdum: ꝛ ipsa significat q̃ est nescita a deo: ꝛ ita est. ergo ipsa est vera. ¶Hic potest dici q̃ sicut ad veritatem propositionis non sufficit ita esse sicut per eam significatur: sed cum hoc requiritur q̃ se non falsificet. Sic impꝛesentiarum de hac propositiõe dicatur recalcitrat in eius scientiam. ipsa est nescita. Sed tunc est questio ergo est aliquod verum nescitum a deo. ¶Concedis illatum. quando verus habet reflexionem in eius scire. ¶Vel dicamꝰ cõformius ad sacras literas. q̃ illa est falsa et se falsificat per hunc modum quia nescitur a deo. absonum videtur concedere q̃ aliquod verum nesciatur a deo. sed hec propositio: hoc est nescituꝫ a iosue est vera. ¶Et tamen a me nescita. sed scio ita esse sicut per illam significatur: non sequitur: hec est a me nescita: ergo est falsa. secus est respectu dei.

¶Sed dices: tunc erit aliquod iudiciuꝫ quod nec erit erroꝛ/nec fides/opinio/sapientia/intellectꝰ/prudentia/ars. patet de iudicio huius. hec est nescita a me: tale iudicium non est erroꝛ nec fides. et ita de alijs iudicijs enumeratis. ¶Conceditur illatum. ¶Dubitatur circa hanc distinctionem an idee creaturarum sint perpetue. ¶Supponatur q̃ idea est nomen grecum ab idos quod est forma species vel ratio. Modus loquendi a platone est introductꝰ. ꝓz ꝓ Augustinũ lib. lxxxiij. q̃ quest. q.

Gregoriꝰ.

xlvi. licet res prius erat fortasse tali noie non priꝰ vocabaꝫ. ¶Plato (vt Magister dicit distiñ. prima. lib. ij.) posuit tria principia siue initia: deum/exemplar siue ideã: ꝛ materiã. ¶Augustꝰ. vbi supra dicit q̃ idee sunt principales quedã forme vel rationes rerum stabiles atq̃ imutabiles: q̃ ipse formate non sunt. ꝛ ꝓpter hoc eterne ꝛ semp eodẽ modo se habentes q̃ diuina intelligentia continenꝫ: ꝛ tñ ipse neq̃ oriunꝫ neq̃ intereunt: scõm eas tñ formari dr̃ omne quod oriri ꝛ interire põt. ¶Seneca Epistola lxvi. ad Luciliũ enumerãs. iiij. causas rerum scõm Aristotelẽ subdit. quintã his Plato adijcit exemplar: quod ipse ideã vocat. ¶Ex his auctoritatib⁹ hincinde sparsis non est lucidũ que res est idea. si eñ ponamus terminũ idea in recto stare ꝓ creatura: iã non erit eterna ꝛ inuariabilis: si vero ponamus ideã esse deũ: iam idea erit inuariabilis ꝛ eterna: ꝫ non erũt plures idee. ꝛ qz idea est aliquid opꝫ dicere q̃ est creatoꝛ vel creatura. quicquid dixerimus opꝫ modũ loquendi patrũ exponere. ¶Possumus itaq̃ dicere q̃ idea est deus creaturas cognoscens: ꝛ sic idea est eterna: ꝛ idea precessit ideata. ¶Secõ sequiꝫ: q̃ licet non sint plures idee essentialiter distincte: tñ dicunꝫ plura ob pluralitatẽ ideatoꝝ. hoc est vna res vocaꝫ plures ratione obiectoꝝ pluriũ in que cadit ratio idee. sicut plures reputanꝫ potentie anime intellectiue. ¶Si q̃s voluerit dicere q̃ idea in recto supponit ꝓ creaturis cõnotando q̃ cognoscanꝫ ab essentia diuina: potest. tunc eñ saluaꝫ pluralitas idearuꝫ ꝛ idee sunt a mente diuine. ꝛ licet nulla idea fuerit ab eterno: ab eterno tamen fuit idea: idea est terminus ampliatiuus sicut cognosci. creatura fuit idea q̃ nulla idea fuit creatura. idea dicit eterna: qz essentialiter cognoscitꝫ. est inuariabilis: qa semper a deo cognoscitꝫ siue sit siue non sit. nõ põt esse fortis rõ pro vna pte dicendi. prior modus est ita conformis modo loquendi Platonis Senece et beati Augustini sicut posterior.

¶Et quoniam demonstratũ ex parte quomodo omnia dicantur esse in deo.

¶Distinctionis. xxxvij. questio vnica.

¶Circa distinctionẽ. xxxvij. qua Magister loquiꝫ quomodo deus est ī loco. Et an sit vbiq̃. Quero hũc questionis titulũ. An deus sit vbiq̃: ꝛ ī infinito loco imaginario extra celũ ¶Pono cõclusiones. ¶Prima ẽ: deus est vbiq̃ per essentiã presentiã ꝛ potentiam. ¶Secũda cõclusio: deus põt esse extra celũ: creatura ibidẽ existente. ¶Tertia cõclusio. pbabile est q̃ deus est extra celũ in spatio ī finito imaginario. ¶Prima ꝓclusio ꝓbatur Hieremie. xxiij. celũ et terram ego impleo. Et Esaie. lxvi. celũ mihi sedes est: terra aũt scabellũ pedum meoꝝ. Et si ascẽdero in celũ tu illic es: ꝛ si descendero in infernuꝫ ades. Psal. cxxxviij. ¶Et ptz ratione: qz deus ẽ alicubi ꝛ non est maiꝛ ratio q̃ sit in vno loco q̃ in alio: igiꝫ. ¶Ad hoc Magister varias auctoritates sanctoꝝ introducit in litera. ¶Secũda cõclusio probaꝫ. Possibile est Angelũ vel coꝛpus esse extra celũ: ꝛ cum illo deus est. ꝛ deus potest angelũ vel coꝛpꝰ destruere ibidẽ manẽdo. igiꝫ. Ibiinquaꝫ vel in loco imaginario: mirabile esset q̃ deus põt ibi existere cũ creatura: ꝛ ea destructa non posset sic ꝑmanere. ¶Tertia conclusio ꝓbaꝫ. deus potest esse extra celũ nulla creatura existente vltra celũ ex premissa: ꝛ nihil est aliud mouens quin ibi nunc existat: ꝫ perfectionis est. sicut eñ est infinitus in vigore: ꝛ ꝓ infinitũ tempus existit: sic ꝓ locum imaginariũ infinitũ existat: alioquin circumscriberetur loco contra dicta. ¶Secõ arguiꝫ ad idẽ deus erat in spatio infinito imaginario extra celũ añ creationẽ mundi: ꝛ vbicũq̃ vere vel imaginarie erat nunc est. maioꝛ pꝫ: qz vel erat precise vbi est nunc iste mundus ꝛ non alibi vere vel imaginarie. Et quero causam illius. ¶Si tu dicas q̃ hic poterat creare mundum: sic de facto poterat creare aliũ mundum eccentricũ ꝛ concentricum ꝛ infinitos: ergo pari ratione debes dixisse eũ fuisse in loco imaginario ī finito. ¶Forte dicis q̃ fuit in seipso (vt Magister dicit in litera) Et nõ fuit in spatio vero vel imaginario. ¶Hoc nihil est. bene volo q̃ fuit in seipso. sicut persone diuine sunt inuicem per circumincessionem. Sed quomodo ẽ intelligibile q̃ fuerit: et non in loco vero nec ī loco possibili. ¶Hoc etiam patet auctoritate beati Augustini. xi. de ciuitate dei. capitu. xv. Dicentis sic. querentibus de mundi tempore cur potiꝰ tunc et non antea factus sit: dicatur q̃ ipsi respondeãt de mundi loco: nam infinita spatia temporis ante mundum cogitant in quibus non videtur eis dñs ab opere cessare potuisse. Similiter cogitant extra infinita spatia locoꝝ: in quibus si quis dicat non potuisse vacare omnipotentem: consequens erit vt innumerabiles mũdos somniare cogatur. Sequitur: an forte substantiam dei a tantis spatijs locoꝝ extra mundum absentem esse dicturi sunt: ꝛ vno tñ tam exiguo loco in quo mundus est esse occupatam: non opinoꝛ eos in hec vanilo-quia progressuros. ¶Preterea arguitur sic. deꝰ est in hac bibliotheca: ꝛ in qualibet parte ipsiꝰ: vꝫ igitur deus potest destruere aerem huius bibliothece ipo deo remanẽte ī fra latera studioli vꝫ nõ. Si primum: pari ratione potest esse extra celũ nulla existente creatura. scõm autem videtur absurdum. ¶Ad hoc respondet doctoꝛ quidam: q̃ si ꝓ impossibile ponatur locum euacuari: tunc remanere intelligitur capacitas loci priuati. capacitas enim aliquid est: et in illa deus est. priuatio autem nihil est: et in illa deus esse non potest. ¶Istud nõ sufficit. deus enim potest facere vacuũ (vt palam est). ¶Item inquiro quid est illa capacitas passiua: et quocunq̃ dato talis reperietur extra celum quia ita bene natus est locus esse extra celuꝫ sicut in hac aula: et quia ponitur deus extra celum per potentiam quare ibi negabitur esse per essentiam. ¶Hoc tenebat Hermes trimegistus. q̃ deus est sphera cuius centrum est vbiq̃: circumferentia vero nusq̃. ergo circunferentia eius non terminatur in vltimo celo. Et tertij Regum. viij. si enim celum et celi celoꝝ te capere non possunt: quanto magis domus hec quam edificaui tibi. Et Ecclesia canit de beata virgine. Virgo dei genitrix quẽ totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factꝰ hõ. ꝛc. Job. xi. excelsior celo ẽ ꝛ qd facies: ꝓfundior ifernoꝛ vñ cognosces: lõgior terra mẽsura eiꝰ, ꝛ latior mari. Et baruch. iij. O israel q̃ ma-

Bonauẽtura.

gna est domus dei: ⁊ ingẽs locus possessionis eius magnus est non ꝫ finem: excelsus ⁊ immensus.
¶ Contra primã conclusionẽ arguit sic. ex ea seqūtur q̄ deus esset in locis malis ⁊ vilib⁹. Hoc autẽ videt inconueniens. igit. ¶ Respondet cõcedendo illatũ: nec deus contaminat per loca vilia: vt explicat magister in lra de anima in cope sordido vel radio solis. ¶ Contra tertiã cõclusionem arguitur sic. ex ea sequit q̄ deus posset facere infinitum actu. Hoc est falsum: qz esset tante pfectiõis quante deus. ¶ Propterea alio modo arguũt q̄dam sic. nihil debet Christian⁹ attribuere deo nisi quod deducit ex sacris literis vltra illa q̄ gentiles Philosophi ponerẽt: sed q̄ deus posset cẽ extra celũ sine creatura non ostendit ex sacris lris: ⁊ apud pure naturaliter loquẽtes hoc non admitteretur. igitur. ¶ Ad primũ cõcedo: q̄ deus põt facere infinitũ: sed nego q̄ illud esset infinite pfectionis vel infinite resistẽtie respectu dei: põt eñ a deo subito vel successiue corrũpi. ¶ Ad scõm dico: q̄ doctores illi insufficiẽter assumũt: sed deberent dicere: nihil debet catholicus ponere nisi qõ sequatur ex sacris literis: vel poneret apud naturaliter loquẽtes: supposito q̄ naturaliꝫ loquentes deo attribuant q̄ nos attribuimus. Fateor nunc: q̄ mere naturaliꝫ loquens deũ negaret esse vbiq; scõm essentiã. Hermes aũt nõ videt pure naturaliter locutus fuisse. ¶ Insup auctoritates ad hãc partem adducte sunt. Et rationes quib⁹ nõ bene satisfaciunt: igit. ¶ Scõo arguit. deus est in loco imaginario infinito extra celũ: est vna affirmatiua de predicato nõ supponente: non pregnãs. igitur falsa. ptz añs: querendo pro quo supponit locus imaginarius. ¶ Respondet: hoc argumentũ est nullũ. extrema eñ eius supponũt p deo: ⁊ hec determinatio loco infinito imaginario p loco possibili infinito extra celũ supponit. ¶ Petes: quid hoc est dictu: deus est in loco p essentiã presentiaz ⁊ potentiam. ¶ Dicit q̄ substantia eius est in hoc loco. ⁊ presentialiter intuetur omnia huius loci. Et habet potentiã super existentiã in hoc loco: sicut causa super effectum.

¶ Nunc ergo ad propositum reuertentes cepto insistamus. Supra dictum est q̄ ꝛc.

¶ Distinctionis. xxxviij. questio vnica.

Quia hic Magister insistit in duab⁹ distinctionib⁹: scz. xxxviij. ⁊. xxxix. an cũ prescientia dei stet rerũ futurarũ contingentia. In primis q̄az questionem pambulã an est aliqua positio de futuro cõtingenti determinate vera. ¶ Scõo querã questionem hic principaliter motã. ¶ Pro prime q̄stionis elucidatione supponam⁹ q̄ cõtingẽs bipartiã accipit: Vel prime intentionaliꝫ p re que põt esse ⁊ põt nõ esse. ⁊ sic quelibet creatura (⁊ sola) est cõtingens: siue sit siue non sit. Antichristus est cõtingens: subiectum supponit pter ampliationẽ termini contingens. Quo fit q̄ hec ꝑa est nulla. hoc est futurus contingens. ergo hoc est futurũ. ¶ Alio modo capitur secunde intentionaliꝫ pro positione que nec est necessaria nec impossibilis. ¶ Aliqui rati sunt: Aristotelẽ velle dicere nullã positionẽ de futuro cõtingentiꝫ esse veraꝫ vel esse falsam: cõcessisset eñ disiunctiuam veraꝫ: ⁊ negasset copulatiuã compositam ex oppositis: vt nauale bellũ erit cras: nullũ nauale bellũ erit cras: hãc concessisset: copulatiuã negando. ¶ Sed diceret aliq⁹: non est vero simile q̄ Aristoteles ita opinat⁹ est: cũ illa concedendo protinus ducerẽt ad cõtradictionem. vt sic arguẽdo: hec affirmatiua nauale bellũ erit cras non est vera: ⁊ significat nauale belluz fore. ergo nauale bellũ non erit. qz ab eo q̄ res est vel non est/oratio dicit vera vel falsa ſm Philosophũ. Añs est verum. ergo ⁊ ꝑs. ⁊ vltra. hec affirmatiua non est falsa: ⁊ significat nauale bellũ fore cras. g̃ nauale bellũ erit cras. añs est verũ. g̃ ⁊ ꝑs. ¶ Dicit aliter istoz: q̄ ex illo non conuincit q̄ nõ dixerit: sed quod dicere nõ debuit. nec mirandũ cũ non solum in hoc errauerit logice: sed in multis alijs sibi manifeste contradixit. ¶ Licet eñ apud me certum est Aristotelẽ in aliquibus aberrare: vt in ꝓtradictione eoz que fide habem⁹. ⁊ quis sit an semp in materia topica accepit ꝓtem apparentiorem: sed ipso teste nemo est dãnãdus gratis scõo de celo. ⁊ per ꝑs curiosissimus pariter ⁊ grauissim⁹ Philosophus sine causa nõ est reprobãdus. ¶ Isti i hac parte non capiunt mentẽ Aristotelis (vt opinor) vnde cum Philosophus vtrunq; in vltimo capite primi Peri hermenias disputauerit i fine solutionem inuit. si nauale bellũ erit cras Aristotel dixisset illã nunc veraꝫ. ⁊ etiam ab eterno eã cõcessisset fuisse veram: si fuisset formata: vt in litera dicit. nihil eñ differt sortẽ currere cras: ⁊ ante mille annos. ⁊ si nullũ nauale bellũ sit futuꝝ cras: ab eterno illa erat falsa qz ab eterno ex eo q̄ res est vel non est erit vel non erit/ positio dicit vera vel falsa. De aliquib⁹ non dubitauit: vt de talib⁹: aliquis homo ambulabit anno futuro: aliq̄s hõ ꝓmedet cras. Sortes ethiops alb⁹ curret cras. ¶ Illa positio est determinate vera apud Aristotelẽ que est sic se habẽs q̄ positio de preterito enuncians ipam fuisse veraꝫ non est de cetero falsificabilis: ita q̄ nõ põt impediri quin sit ꝟa. vt veritates ppositionũ de preterito quarũ ꝟitates nõ dependent ex vna de futuro: ⁊ ppositio de presenti falsa. Secus est de hac Antichristus erit: est vera ⁊ ab eterno fuit vera. põt tamẽ fieri q̄ nunq̄ veniat Antichristus. ⁊ per ꝑs q̄ hec non sit ꝟa nec vnq̄ fuerit vera. alioq̄n non consultaremus de futuris contingentib⁹. Non eñ cõsultamus an darium vicit Alexander. vel an frumentũ est in horreo: sz bene de acie futura dirigẽda in campũ. Et hoc quadrat cũ Aristotele qui tenet. vi. Ethicoꝝ ad preteritũ nullã esse potentiam. ¶ Si dicas: sortes erit: est de futuro cõtingenti: ⁊ tamẽ nõ potest impediri quin post hoc instans sit: saltẽ naturaliꝫ. quia sic loquimur: bene enim sequitur: sortes est: ergo sortes erit. alioquin rei permanentis non raptim fluentis dabitur vltimum instans esse cõtra Philosophũ. viij. Phyſicoꝝ. ¶ Hoc non venit a contingentia: sed a presentialitate. ¶ Vel sic. vocamus illud determinate verũ quod potest nunc sciri: vt sunt ppositiones de presenti ⁊ preterito: de quibus locuti sumus. ⁊ licet multe tales sint caliginose: vt vnicornis in deserto pugnat cum Elephanto: tñ si esset intellect⁹ q̄ intelligeret rẽ sicut se hz ex pte rei illa esset scita: loquoz de intellectu viatoꝝ more Aristotelis. Q; deus omnia intelligat determinate: non est dubiũ. secus est de futuris impedibilib⁹. Arnoldus erit carthusien. apud nos ocs erant indeterminate vera. Et istud ẽ cõforme modo loquendi vulgariũ: qui fortasse accepit exordiũ a sapientib⁹ recte intelligentib⁹: ⁊ modo loquendi Aristotelẽ vtentibus. si fortes ⁊ plato sunt cõpetitores circa idem beneficiũ cum equali apparentia. si petaꝫ vter horũ erit victor: dicimus de futuris contingentib⁹ non est determinata veritas. ac si diceremus: incertũ est. ¶ Istis preliba tis facile est respondere obiectionib⁹ quas quidã facit contra Philosophũ. sumo inquit istã gratia exempli Antichristus erit: ⁊ sic arguo. hec est vera aut non est vera: si est vera. habeo intentũ. si nõ tunc sic. hec Antichrist⁹ erit non est ꝟa. ergo Antichristus nõ erit. añs est verũ per responsionem: ergo ꝑs est verũ. ⁊ vltra: ergo hec est falsa Antichristus erit: per legẽ contradictoziarũ qua etiaz Philosophus vsus est. sz si vna est vera: reliqua ẽ falsa. ⁊ econuerso. ⁊ tunc habet propositũ q̄ hec Antichristus erit: est vera vel falsa. qz sequit hec est vera. ergo hec est ꝟa vel falsa. similiter ex alio habetur intentũ. qz opposita est vna singularis de futuro. ⁊ est vera. vt conclusum est. Q; aũt sequat hec est ꝟa Antichristus nõ erit. ergo Antichrist⁹ non erit. ptz. qz ex opposito sequit oppositũ. sequitur eñ per primũ assumptuz de mutua ꝑna rei ad veritatem ppositionis Antichristus erit. g̃ hec est vera: Antichristus erit. ¶ Ridet: q̄ qñ petit aut illa Antichristus erit est ꝟa aut non est ꝟa. do primum. licet me lateat. nõ stes de Antichristo i materia fidei sufficit quodcũq; aliud futurũ contingens: sz illa non est determinate vera cum nesciat ⁊ concedit q̄ disiunctiua vel illa de disiuncto ẽ determinate vera. g̃ aliqua pars ei⁹. nego ꝑsam quẽ admodũ scio hanc: Papa dormit vel nullus Papa dormit: ⁊ neutrã partem illius scio. ⁊ sic hec copulatiua est determinate falsa: Papa dormit et nullus Papa dormit: ⁊ neutra pars est determinate falsa. Q; interdũ pro analogia accipio ppositiones de presenti quas dico determinate veras non mireris: qz ad scalam nostre materie conducit. sz altera pars sit determinate ꝟa: vt ante tetigimus sed ad refellendas ꝑsas arguentis hoc adducim⁹. Taceo de multis malis ꝑtijs: quas inter arguẽdum capit iste doctoz. que cognoscunt ex artibus. Nõ respondeo ad alias rationes eius: qz non sunt magni ponderis cõtra Philosophũ. ¶ Istis presuppositis pono aliquas positiones corollarias. ¶ Prima ppositio. aliqua est propositio de futuro contingenti determinate ꝟa: pbat: hec est determinate vera: dies iudicij erit per symbolũ Apostoloꝝ ⁊ Nicenũ similiter. ¶ Scõa ppositio. quelibet ppositio de futuro contingenti ꝟa est determinate vera. pz: vel ita est sicut per eam significat vl non: si ita est ⁊ sic est ꝟa: ⁊ per ꝑs determinate ꝟa idem eñ est verũ ⁊ determinate verũ. nec contradico Aristoteli: qz aliter capio terminũ. ¶ Tertia ppositio. nulla propositio de futuro ꝓtingenti est ineuitabiliter vera. Probat: qz sequeret q̄ ei⁹ veritas non posset impediri: qđ est falsum. ¶ Quarta ppositio. nulla ppositio affirmatiua de futuro potest mutari de ꝟitate in falsitatẽ ante positionem rei in esse. pz. qz est falsa añ positionem rei in esse. g̃ res ponet in esse. g̃ semp añ illud ppositio enũciãs illam rem fore erat vera. g̃ nõ erat falsa añ positionẽ rei i esse: scõm illã significationẽ intelligo. ⁊ posita cõstantia ppositionis. oppositio modo dicatur de negatiua de futuro contingenti. sz bñ põt mutari de falsitate in veritatẽ: sz non ꝑ. Falsitas cñ vnius concomitat veritatem alterius: ⁊ contra.
¶ Quo fit q̄ non est idẽ ppositionem esse imutabiliter veraꝫ ⁊ ineuitabiliꝫ veraꝫ. ¶ Quinta ppositio: aliqua ppositio ab eterno fuit vera: ⁊ tñ in potestate mea est vt nunq̄ fuerit ꝟa. pz de hac Joãnes tanget pilare in hoc instãti: si illud tangaz ab eterno fuit ꝟa. hoc est semp ita erat sicut per eam significat. ⁊ supponim⁹ constantiã ppositionum: ⁊ palã est q̄ est sitũ in mea facultate nõ tãgere pilare. ⁊ p ꝑsequẽs facere q̄ hec nunq̄ fuerit vera.
¶ Sexta ppositio. nulla talis ppositio affirmatiua vel negatiua põt successiue esse ꝟa ⁊ falsa. nec cõtra falsa ⁊ postea ꝟa añ illud instans p quo enũciat aliq̄d fore vel non fore. probat: qz si talis ponatur esse ꝟa añ illud instans: sequit q̄ nunq̄ antea fuerit falsa ⁊ si ponat esse falsa: sequit q̄ nũq̄ antea fuerit vera. ¶ Septima ppositio: quelibet affirmatiua de qua loq̃mur in quarta propõne est mutabiliter ꝟa simpliciter. pz: iterdũ erit ꝟa ⁊ postea falsa. post corruptionẽ Antichristi si deus ipediat eũ esse resurrecturũ quod est ei possibile: vel capiat de bzunello. similiter negatiua est mutabiliter falsa. sz affirmatiua falsa est immutabiliꝫ falsa. ⁊ negatiua ꝟa est etiã tunc immutabiliter ꝟa.
¶ Octaua propositio. quelibet talis affirmatiua vera põt incipe esse falsa: sz affirmatiua falsa non põt incipe esse vera. ¶ Nona ppositio. nulla talis põt incipe esse vera vel falsa añ illud instãs vel tẽpus futurũ pro quo enunciat aliq̄d esse futurũ vel non esse futurũ. ¶ Decima ppositio. aliqua ppõ est ꝟa: ⁊ põt esse falsa. ⁊ tñ non põt desinere eẽ vera: nec incipere esse falsa. pz de hac: Antixps non saluabit. hec eñ est ꝟa ⁊ põt eẽ falsa. Pariforma aliqua est falsa: ⁊ põt esse ꝟa: ⁊ tñ nõ põt desinere nec incipe esse ꝟa. pz de hac: Antixps saluabitur.
